

248



Sammelband

1/158



De
APOSTASIA
ROMANO-PAPISTI-
CÆ ECCLESIAE
DISPUTATIO II.

Continens

περὶ ἀποστάσεως & principia demonstrandæ con-
clusionis hujus:

Romano-Papisticam Ecclesiam esse Anti-
Christianam.

Ad diem 3. Septembr.

Proposita

Ab

Heinrico Höpffnero SS. Th.
D. & Profess' Publico.

RESPONDENTE

M. Hieronymo Reckleben Lipsf.

Lipsiæ,

Excudebat FRIDERICUS LANCKISCH.

67





Magnificis, Strenuis & Splendidissimis

VIRIS;

Equitibus Nobilissimis Sere-
niss. Saxoniae Electori à Camera Consiliis
meritissimis:

Dn. WOLFGANGO RABIEL
in **Bauch,**

Et

Dn. GEORGIO Pflug/Seniori,
in **Posterstein.**

NEC NON

Amplissimo, atq; autoritate, doctrina, virtute & rerum usu Spe-
ctatissimo Viro:

Dn. LUDOVICO WILHELMO
MOSERO,

Ejusdem Electoris Saxoniae Excelsitati Serenissimae Con-
siliario, & à Sanctioris Camerae secretis
primariis.

Dominis Macenatibus & Fautoribus suis Magnis
Cultus & observantia ergò

Hoc Thema Theologicum

dicat.

PRÆSES.



ΣΤΝ ΘΕΩ.



Uemadmodum in Scripturis discen-
dus Christus, discenda Ecclesia, uti ex
Augustino in Exordio disputationis
primæ diximus: ita in scripturis quoq;
discendus est AntiChristus, atq; ex
illis dignoscenda est Ecclesia AntiChristiana, præ-
sertim cum professionis Christianæ, & Zeli pro glo-
ria Dei purpurisso se coloret.

Ceterum rimandi scripturas hasce duo sunt me-
dia: 1. Diligens illarum inter se collatio, & quoad
phrases, & quoad typos, eorumq; significata, & unius
eventus per varias sæpè visiones representationem,
id quod in Johannis etiam Apocalypsi usu venire,
Augustinus observavit.

2. Est prophetiarum illarum cum eventu colla-
tio. Nam omnium prædictionum divinarum hæc est
natura, ut quando res earum nondum extant, vel et-
iam existentium origo atq; initium non potuit dis-
cretè agnosci, ex ipso demum eventu animadverso
rectè intelligantur, Esai. 29, 10, 18. Jerem. 23, 11.
Id quod experiens Irenæus; Omnis, ait, prophe-

A 2

tia

Media in-
telligendi
Prophetias

l. 20. de
Civit. Dei.
c. 27.

l. 4. contra
Valent. c.
43.



tia priusquam impleatur ænigma est: cum autem venit tempus, & evenit quod prophetatum est, tunc demum habet liquidam & certam expositionem. Atq; hoc est, cur Danieli c. 12, 4. precipiatur, ut claudat sermones suos & obsignet librum usq; ad tempus determinatum, hoc est, donec eventus respondeat. Idem Johannes profitetur, quod iussus sit scribere, quæ oportet fieri posthac, Apoc. 1, 19. & obsignare tonitrua septem, Apocal. 10, 4.

Quapropter non mirum est, Patres ante Gregorium Magnum de persona & regno AntiChristi, deq; loco, tempore & similibus circumstantiis aut hallucinatos esse, aut saltem fluctuasse, quamvis in doctrina AntiChristi & moribus ejus generatim perstringendis plerumq; ad scopum collineent. Nempe tantum ÷sciverunt, quantum suorum temporum intererat; ut hinc jure injusta sint postulata eorum, qui ex Chrysostomo, Hieronymo, Ambrosio, Augustino sibi demonstrari volunt, Papam esse AntiChristum. Tubas tantum quatuor illi audiverunt, & quidem aliquam Romane sedis inclinationem viderunt; simulac verò tubicinium quintum subaudire occæpit Gregorius Magnus, fidenter dixit: Omnia quæ prædicta sunt fieri, regem superbiæ propè esse, & sacerdotum ei præparari exerci-

ll. 4. epist.
34.

exercitum. Nostra verò etate sexta etiam tuba
clangorem edidit, & sexta phiala magnam partem
in aërem effusa est, ut videre liceat AntiChristum
non in cunis, prætextâ, aut ephebis, sed adultum, &
jam diu se in templo Dei ostentantem eo vultu, habi-
tu, statu, situq; ac moribus, quibus in scripturis est
depictus. Scilicet hoc tempus est periodicum, ante
quod prophetia mansit obsignata & inexplicabilis,
nunc autem piis occulta & caliginosa esse non potest,
cum per illam representata res pleraq; appareant,
atq; ipsis præsentium eventuum stricturis resplen-
descant, & longè latèq; in totius Ecclesie faciem di-
verberentur. Jam agitur tempus illud, cujus lucem
Daniel prædixit c. 12, 18. vel ut alij numerant, v. 4.
Plurimi discurrent & multiplex erit scientia.
Jam imminet septimum tubicinium, ubi mysterium
Dei consummabitur Prophetis annunciatum, adeò
ut nullum amplius tempus superfuturum sit, Apoc.
10, 7. Sed enim ad hunc clangorem obsurduerunt
qui auribus prurientes veneficiis meretricis magnæ
excantati sunt, & ad hanc plusquàm meridianam lu-
cem caligant Babylonis noctuæ, ut nondum apparere
AntiChristum clamitent, & ne ille videatur, conan-
tur fundum abyssi subinde movere, atq; excitato cœ-
lum subtexere fumo. Ideoq; ad lampada verbi di-

vini unicè dirigendi sunt oculi, & quam illa monstrat, effectuum series accuratè perlustranda. Ita enim fiet, ut infallibiliter & frustra objecto glaucamate, in meretricem illam magnam, ejusq; amasium & Sponsum obtutus defigatur.

Ut autem singula ordine contueamur, in hac disputatione principia constituemus futuræ demonstrationis, quorum adminiculo corroboratio evadet mentis nostræ acies, ac filius ille perditionis cum suâ Curia commodius aspici poterit, & veluti

— — digito monstrari & dicier, Hic est.

Tu sol justitiæ exorere, & mentis nostræ tenebras discute, ut ad veritatis tuæ adyta penetrare possit; In lumine tuo videbimus lumen, Psal. 36, 10.

THES. I.

Ut AntiChristus, ita & AntiChristianus coetus non dicitur uno modo.

Αντιχριστος in genere significat adversarium CHRISTI, & sic abusivè & quovis modo AntiChristi essent omnes hostes CHRISTI, etiã Judæi, & Ethnici illi tyrãni, Nero, Domitianus, Trajanus, Antoninus Verus, Severus, Maximinus, Decius, Valerianus, Aurelianus, Diocletianus, & Maximianus, qui mul-

tas

tas Christianorum myriadas occiderunt. Hujusmodi sunt & qui in Ecclesia factis negant CHRISTUM, quemadmodum Augustinus explicat: Quotquot habet Ecclesia perjuros, fraudatores, adulteros, ebriosos, foeneratores, &c. AntiChristi sunt. Sed hæc significationes, ut dixi, abusive sunt & generalissime; ad quas etiam possunt referri PseudoChristi, qui hoc ipso, dum se pro Messia venditant, ipsi adversantur.

in 1. Joh.
c. 3. v. 3.

Strictiùs autem vox hæc accipitur de talibus CHRISTI hostibus, qui videri quidem volunt, quasi Christum magnificent, & verbum ejus collaudent, sed interim in Apostasian prolapsi, vel aperto Marte, vel obliquè & per cuniculos, doctrinam & Ecclesiam Christianam oppugnant. Verùm & hic significatus non est synonymus, sed ἀπὸ τοῦ αἰῶνος αἰῶνος ἔν τε seu communis ad unum, ideoq; unius descriptionis carceribus se includi non patitur.

AntiChristi sunt vel minores, vel majores.

Th. II.

Minores sunt hæretici sub Christiano nomine personam

Th. III.

nam vel officium CHRISTI,
aut spiritum ejus, aut unita-
tem corporis Christi mystici
oppugnantes.

1. Joh. 2, 18. Audistis quod AntiChristus futurus
sit, & nunc AntiChristi multi sunt: & v. 22. Hic est
AntiChristus, qui negat Patrem & Filium. Etc.
4, 3. Omnis spiritus, qui non confitetur JESUM
CHRISTUM in carnem venisse, ex Deo non est, &
hic est ille (Spiritus) AntiChristi, quem audistis
venturum fuisse, & jam nunc est in mundo. Pro hac
sententia legit Socrates: πᾶν πνεῦμα ὃ λέει ἰησοῦν ἀπὸ τῶ θεῶ
ἐκ θεοῦ. Ea q̄ verba ex textu expuncta esse vult à Nesto-
rianis. Ideoq̄, Latinus illa retinuit, sed omisit verba
(qui non confitetur Jesum Christum in carnem ve-
nisse) quæ adhuc habentur in fontibus, & apud Sy-
rum, atq̄ à Cypriano ex hoc loco adversus Judeos
l. 2. c. 9. adducuntur, ideoq̄, Augustinus tractat. 6.
utramq̄ sententiam legit & interpretatur. 2. Joh.
v. 7. Multi impostores ingressi sunt in mundum, qui
non confitentur, JESUM CHRISTUM venisse in
carnem. Hic est impostor ille & AntiChristus.

Unde

Unde Hieronymus: Ego, inquit, reor omnes hæresiarchas AntiChristos esse, & sub nomine CHRISTI ea docere quæ CHRISTO sunt contraria.

Deinde minores AntiChristi quoque sunt schismatici & φιλοπρωτεύοντες, qualis erat Diotrepes 3. Joh. v. 9. in Ecclesia Dei. Atque tales hoc nomine indiget Cyprianus.

AntiChristorum minorum affectio est, quod sint AntiChristi majoris

1. Vel progymnastæ, suis ipsi venturo prælu- diis viam parantes.

Tales erant tempore Apostolorum Cerinthus, Marcion & complices, itemque alij, qui ceremoniarum Mosaicarum, ut circumcisionis &c. necessitatem ad salutem urgebant.

2. Vel armigeri aut hyperaspistæ qui AntiChristo magno vel jam imminente, vel etiam præsentem, sed minorennem adhuc & quasi batuentem, vel etiam adulto suam lucrantur operam.

Sic armigeri initio fuerunt Arriani, Nestoriani, Monothelitæ, Eutychiani, Macedoniani: imò &

B

postea

in c. 24^s
Matth.

1. 1. epist. 6.

Th. IV.

postea etiam hyperaspista extiterunt, inter quos familiam duxit Sergius Monachus Nestorianus & Arrianus, qui Muhammedis Alcoranum consarcinavit, in quo illo ex Arrianismi, Manichaeismi & aliarum haeresium, nec non Judaismi atque Ethnicismi colluvie syncretismum quendam religionum corrivare voluit, quò omnis generis homines ad hanc fidem alliceret. Similiter & occidentalis AntiChristus habuit & habet suas in hoc genere copias, quemadmodum de illis praedixit Paulus 1. Timoth 4, 1. 2. 3. 4. 5. 2. Petr. 2, 1. 2. 3. 18. 19. Judæ v. 16. 18. 19.

3. Vel succenturiatores, qui AntiChristo magno jam profligato optiones vexillarios se praebent, vel etiam iis in locis, ubi nunquam fuit, manipulos centuriant.

In hoc numero sunt Synergista, Anabaptista, & id genus alia scæva nomina, cum filio perditionis in duello de Libero Arbitrio & Justificatione &c. colludentia. In primis autem perfidiam ac transfugium ad pagani AntiChristi castra molitur superiore seculo ex Orco vicissim productus spiritus Photinianorum, qui γουινῆ κεφαλῆ, aperta, quod dicitur, capite, filij DEI ex DEO Patre aeternam nativitatem, divinam subsistentiam, nec non satisfactionem pro genere humano, ut & Spiritus sancti ζωσαν negant,

gant, atq; hanc fidem suam gloriantur proxene-
triam Turcarum aliorumq; Paganorum, & atheis-
mi sequestram commodissimam. Sed & qui Calvini
disciplinam sequuntur, licet contra AntiChristum
occidentalem satis masculè depugnent, tamen pari
felicitate contra illos pagani AntiChristi calones
signa tollere, & spiritus Muhammedici terricula
profligare non poterunt, quam diu oppugnant in uni-
tione personali communicatam humane nature
Christi hypostasim, naturam & majestatem λόγος, &
divine nature exaltationem, ac potestatis in tempo-
re acceptionem tribuunt: quam diu item pro absolu-
to Dei decreto de quibusdam salvandis, quibusdam
autem perdendis, dimicant; & per sacramenta gra-
tiam & salutem offerri atq; applicari, negant, in q;
synaxi sacrâ corpus & sanguinem Christi, non nisi
signotenus accipi contendunt.

^{Calvini}
AntiChristus major est in-
fensissimus Christi adverfa-
rius, qui enormis apostasiæ
suæ abominatione latissimè

B 2 pro-

Thef. V.

propagata, atq; occupato in
sacri Romani Imperii finibus
dominatu Ecclesiam fraudi-
bus ac persecutionibus gravif-
simis affligit.

Thef. VI

Estq; vel paganus, vel Eccle-
siasticus.

Hunn. de
AntiChr.
& com-
ment. in
3. Joh. c. 4.

*Hic 2. Thessal. 2, 4. dicitur ὁ ἀντιχριστός, ἔσιν
templo Dei sedere: ille 1. Joh. 4, 2. AntiChristi no-
mine venit: Quamvis reductivè etiam ad intesti-
num AntiChristum ille ipse locus possit accommoda-
ri: qui enim adversatur Christo quia Christus est,
id est, ratione officij, ille quoq; negat incarnationem,
propter officij apotelesmata efficienda, factam: que
quidem significatio erit propior, si verba græca ἐκ
σάρκα, cum Syro reddamus in carne, hoc est, assumtâ
humanitate venire ad opus redemptionis perficien-
dû. Nam ἔσιν est ingredi, nasci ἔσιν efficere. Et sic Chri-
stus ipse sæpè ita loquitur, Exivi à Patre, ἔσιν Veni in
mundum, Joh. 16, 28. Ecce venio, voluntatem tuam
facio libens. Psal. 40, 7. Magni*

Magni AntiChristi utriusq;
notæ vel sunt communes, vel
propriæ.

Th. VII.

Communes sunt:

Th. VIII.

1. Insignis de bellatio sancto-
rum.

Daniel 7, 21. *Ecce cornu illud gerebat bellum ad-
versus sanctos, & prævalebat eis. Apocal. 13, 7.
Datum est ei (bestiæ AntiChristiana in Ecclesia)
bellum gerere cum sanctis & vincere eos.*

2. Periodica fatalis grassatio-
nis meta.

Thes. IX.

Daniel 7, 25. *Tradentur (sancti) in manu ejus
usq; ad tempus, & tempora, & temporis partem
(scilicet non quamlibet, sed) certam & dimidiam,
quemadmodum $\text{כ} \text{ל} \text{ד}$ generaliter quamvis totius
temporis portionem significans, c. 12, 7. explicatur
vocabulo חצי quod præcisè dimidium notat, Unde
LXX, utrobique ἡμισυ & vulgata (dimidium) verte-
runt. Apoc. 13, 5. *Data est ei (bestiæ) potestas agendi
menses quadraginta duos.**

B 3 Va-

Vanissimam autem hęc fabulam oggerunt Jesu-
sute, de AntiChristo, tres tantum vulgares cum
dimidio annos duraturo, ut Papam suum negare
possint esse AntiChristum, ideoq; indefinitam illam
temporis summam cum definito numero mensium
conferunt.

R. Sanè concedamus tempus, tempora & dimi-
dium temporis conficere equale spatium cum diebus
& mensibus Apocalyptis, quorum illi gentibus ur-
bem sanctam conculcantibus, c. 11, 2. & grassationi
bestie, c. 13, 5. tribuuntur. Hi autem duorum testium
prophetiam, c. 11, 3. & Ecclesie in deserto exilium,
c. 12, 6. metiuntur. Si enim tempus, tempora & di-
midium temporis, hoc est, tres anni cum dimidio, in
menses resolvantur, evadunt quadraginta duo men-
ses, quorum unusquisq; apud Chaldaeos, quorum cal-
culum Daniel, & Græcos, quorum supputationem
Johannes sequitur, more, triginta dies complecte-
batur. Et si divisio in dies putetur, existunt 1260.
ita ut tempus dierum sint dies 360. tempora bis toti-
dem 720. ac dimidium temporis complectatur 180.
dies. Quemadmodum tempus in menses divisum fa-
ciet 12. menses: tempora 24. menses, & dimidium
temporis sex menses includit. Illud autem hęc quæri-
tur, an tempus illud sit usuale, & de vulgaribus
parti-

Scal. lib. 1.
de emend.
temp. p.
25. 26. Cal-
vis. Chro-
nolog. cap.
6. 7. Ifag.

partibus sit accipiendum, ut Dan. 4, 22. Et cap 6, 11.
an verò de annis, mensibus ac diebus prophetis,
quemadmodum tales dies habentur, Num. 14, 34.
Ezech. 4, 6. Et in hebdomadibus illis Daniel. 9, 24.
Nos tuemur posterius, quia apostasia illa insignis du-
dum evenit in Ecclesia, Et τὸ κατὰ μέρος Roma aliorum
ablatum est. Illa autem τὰ κρυφὰ AntiChristum occi-
dentalem certissimò demonstrare, in disputatione
tertiâ cum omnibus planum faciemus.

Nunc ad absurdum redigimus Jesuitam. Si enim
AntiChristi dominatus præcisè esset dierum totidem
vulgarium, sequeretur exactè posse sciri annum,
mensem, septimanam diei extremi, imò et illum ipsum
diem censorium. Dicit enim, AntiChristi adventum
omnibus fore conspicuum, Et hoc falsitatis insuper
addit auctarium, quod post 40, dies à morte Anti-
Christi, Christus ad iudicium sit venturus. Sed con-
sequens est falsum: quia caderet in terram verbum
Christi de incognito die ultimo, Matth. 24, 36. Et in-
star laquei in vasuro omnes, qui habitant in superfi-
cie terræ, Luc. 21, 35.

3. Est, ruina sub finem mun-
di, & demum abolitio in extre-
mo die.

Dan. 7,

Thef. X.

Dan. 7, 26. Tunc iudicium sedebit & auferet
potestatem eius (corniculi) ut perdatur & dissipetur
in finem. 2. Thessal. 2, 8. Quem (τὸν ἀντικείμενον, id
est, adversarium illum) Dominus conficiet spiritu o-
ris sui & claritate adventus sui abolebit.

Hieron. in
c. 7. Dan.
August. 1.
2. de C. D.
c. 23. Gre-
gorij 1. 32.
moral. c.
12.

Atq; hæc sunt communitates utriusq; AntiChri-
sti, quæ imposuerunt Hieronymo, Augustino, Gre-
gorio & cæteris Patribus, ut putarent corniculum
Danielis 7. esse AntiChristum magnum Ecclesiasti-
cum. Sed enim οὐκ ὀλίγα βλάβαντες præterierunt essen-
tiales utriusq; differentias & notas, quæ jam sequen-
tur.

Π Ο Ρ Ι Σ Μ Α .

Thef. XI.

AntiChristus magnus non
est individuum, sed species,
aq; successive tantum pluri-
bus singularibus hominibus
communis.

Quomodo enim unus singularis homo à primo
apostasiae magne initio, per totam illam, de quâ suprâ
diximus, periodum, ad finem usq; mundi vivere pos-
sit? Non autem moveamur, quod species hæc singu-
lari

laritantum numero exprimat. Nam exempla si-
milia multa sunt, ubi uocandi appellationes non si-
gnificant idem seu individuum tantum unicum, sed
certum genus, siue ut logicè dicamus, speciem suc-
cessiue pluribus individuis communem. Ita enim
bestiarum nominibus urfi, leonis, pardi, & cornuum
decem, Dan. 7. itemq; arietis & birci, Dan. 8, 8. 20.
21. non significantur singulares persone regum, sed
regna certa, & multi in iis successores, c. 7, 17. Ita
qua Pontifici magno & Regi Iudeorum Deuter. 17.
asscribuntur, ad totum genus illud pertinent, non ad
unum tantum individuum. Idem de utroq; Anti-
Christo magno habendum. Nam paganus AntiChri-
stus dicitur cornu aliud, Dan. 7, 8. & rex alius,
v. 24. propter unitatem regni, in quo multi indivi-
dui tyranni tales se inuicem consequuntur. Simili-
ter & AntiChristus Ecclesiasticus est caput unum,
non unitate numericâ, sed plurium, & unius post al-
terum, à primo regni huius ortu, in eundem statum
successione. Ideoq; Apocal. 17, 11. dicitur rex octa-
uus.

Verum Bellarminus, ut quadrimulam Anti-
Christi etatem suis persuadeat, plenis buccis negat,
pluribus sibi inuicem succedentibus individuis, An-
tiChristi magni nomen competere posse.

C

Prima

l. 3. de
Pont.
Rom. c. 2.



Prima ejus ratio est grammatica: Cui tribuitur nomen & periphrasis AntiChristi cum preposito articulo, ille est unica & individua persona. AntiChristo magno tribuitur periphrasis & nomen AntiChristi cum preposito articulo. E. & c.

Epiphan.
haeres. no-
na.

Majorem confirmat à communi usu lingue Graecae, cujus ignorantiam nobis objicit, nec non auctoritate Epiphani haeresi nona, quae est Samaritanorum, dicentis: quòd ἀνθρώπῳ significet hominem in communi, sed ὁ ἀνθρώπῳ hominem singularem. Minoris autem probationem sumit ex 2. Thess. 2, 3. ubi AntiChristus magnus dicitur ὁ ἀνθρώπῳ, ille homo peccati, ὁ υἱὸς, ille filius perditionis, & v. 8. ὁ ἀνομῶς ille iniquus & exlex, & quod Ribera c. 13. num. 24. annotat, ex c. 19. Apoc. v. 20. τὸ θνητὸν καὶ ὁ ψευδοπροφήτης. Porro I. Joh. 2, 18. & v. 22. dicitur ὁ ἀντιχριστός cum articulo, eiq; opponuntur AntiChristi minores, sine prefixo articulo enunciati: Et nunc AntiChristi multi sunt.

R. Ad probationem majoris: Determinatum & singulare sive individuum esse, sunt ἀναστέφοντα tantum, non ἀνίστέφοντα. Nam omne quidem individuum est determinatum, sed non vice versa: cum aliquid non tantum numero unum, verum etiam specifica & genericà unitate determinatum, & à va-
gà atq;

gâ atq; indefinitâ notione ad certam significationem
restrictum esse queat. Ut cum Imperator Romanus
2. Thessal. 2. dicitur ὁ κατέχων, non tantum indivi-
dua persona Trajani aut Nerva, &c. indicatur, sed
communiter Imperator; & tamen non qui vis, sed
talis, qui Romæ imperat. Sic ὁ ἀρχιερεὺς Veteris Testa-
menti, Hebr. 9, 7. notat omnes huic ordini, diverso
tempore, prefectos. Regula Epiphaniæ à Bellarmi-
no adducta perperam explicatur. Nam 1. hoc vult
Epiphanius, quod vox articulo signata, rem deter-
minatam significet, non autem addit, quod omnis res
ita determinata sit singularis, aut una numero.
Clarè hoc docent ejus verba: Ubi articulus additus
est in uno aliquo determinato ac manifestissi-
mo, omninò cōfirmatio propter articulum con-
tingit: citra articulū verò de uno, quocunq; tan-
dem, indefinitè accipiendum est; veluti v. g. si
dixerimus, βασιλεὺς, Rex, nomen quidem signifi-
cavimus, sed non clarè eum, qui determinatur,
ostendimus: Regem enim dicimus & Persarum,
& Medorum & Elamitarum. Si verò diximus,
addito articulo, ὁ βασιλεὺς, minimè ambiguum est
significatum: nam rex de quo quæritur, aut de
quo dicitur, aut qui agnoscitur, aut alicujus im-
perium habens, per articulum indicatur: Sic

C 2

etiam



etiam cum dixerimus, ἀνθρώπου, & ὁ ἀνθρώ-
που.

Deinde loquitur Epiphanius non de perpetuo usu
articuli præpositivi, sed tantum de eo, quando agi-
tur de re διαφανεστάτη, clarissimâ, exploratâ & celebri,
quæ sub cognitionem cadit, & in questione aut ser-
mone versatur; alioquin sæpè rei additur non ὡς οὐ-
μένη, sed vage atq; indefinitæ, ubi abundat: v. g. Luc.
4, 4. Non solo pane vivet ὁ ἀνθρώπου, homo, id est, qui-
vis homo, ideoq; apud Mattheum c. 4, 4. sine articu-
lo ponitur. Sic 2. Timoth. 3, 17. ὁ τῆς θεῆς ἀνθρώπου.
homo DEI, id est, qui vis minister verbi. Sic Marc.
2, 27. τὸ σάββατον, id est, qui vis sabbati dies. Rom. 1, 17.
ὁ δικαίος, de omni iusto dicitur, qui fide vivet. 1. Petr.
4, 18. ὁ δικαίος, καὶ ὁ ἀσεβής, καὶ ὁ ἀμαρτωλός, est quilibet
justus, & quilibet impius ac peccator, non unum ali-
quod justorum individuum aut genus. Sic ἡ ἀμαρτία,
Rom. 5, 12. Vide Budæum in comm. Græc. Ling.
p. 1414. & seqq. Idem quoq; usu venit in demonstrativo
apud Hebræos, quod interdum redundat, ut
Exod. 8, 6. הַצְפִּירִים rana illa, cum antea v. 2. & 3. in
plurali Moses dixisset, ranas. Sæpè autem determi-
natam & certam rem significat, eamq; vel singula-
rem atq; individuum, ut Dan. 8, 21. הַמֶּלֶךְ הָרִאשׁוֹן
rex ille primus, hoc est, Alexander Magnus, qui ibi-
dem

dem addito \aleph prefixo, dicitur cornu magnum: vel pluribus communem, ut Dan. 7, 21. & 8, 5. והצפור
& hircus ille, האריות aries ille, Dan. 8, 6. ut hoc quoque in loco frustra sibi presidium paratum putet Jesuita Pererius.

Perer.
Com-
ment. in
Daniel.

His premisibus, respondemus ad minoris propositionis exempla, concedendo, in iis usum hunc constare articulo, ut significet aliquam determinationem, sed non ad singularem personam, verum ad certum genus & ordinem hominum. Nam in 2. Theff. 2, 3, 8. significat certum genus insignium apostatarum in Ecclesia dominantium, id quod proprium est AntiChristi magni, & collectivè includit omnia individua, quae ita se gesserunt, ut Gregorium XXVII. Johannem XXII. &c. cum variantibus personis, eadem maneat apostasiae & dominationis AntiChristianae species, vel ipsorum Pontificiorum testimonio, qui Papam esse caput Ecclesiae, Papam esse supra Concilia, clamitant, & in pluribus etiam Antipapis, non nisi unitatem officij, agnoscunt. Ita de certâ AntiChristi specie sermo est 1. Joh. 2, 18. nempe de AntiChristo magno, qui dicitur venturus esse, & distinguitur ab Antichristis parvis jam tum exortis, quemadmodum 1. Joh. 4, 3. spiritus AntiChristi illius venire dicitur, & quoad minores Anti-

Christos

Christos jam tum esse in mundo. Nec minus & in reliquis locis 1. Joh. 2, 22. & 2. Joh. v. 7. determinatam infert significationem articulus, sive intelligatur de magno AntiChristo, eoq; vel pagano, vel Ecclesiastico, sive de minoribus. De magno si accipiantur dicta, tunc articulus determinabit ἐξοχὴν odij erga Christum, positamq; in maximâ nocendi vi legis nequitie palmam: Sin autem de minoribus exponantur, quemadmodum Augustinus de Simone Mago, Oecumenius de Valentino intelligit, tum notabitur certum genus minorum AntiChristiorum, nempe illud, quod præ cæteris spiritum AntiChristi majoris fovet, & directè personam aut officium Christi impedit, distinctum ab aliis AntiChristis minoribus, qui Christi quidem Deitatem & incarnationem expressè non negant, sed tamen in aliis partibus doctrine Christo contrariantur. Nam cum Apostolus dicit: Quis est mendax, nisi qui negat JESUM esse CHRISTUM? hæc interrogatio per exclusivam equipollet affirmativæ universali huic: Quisquis negat JESUM esse CHRISTUM, ille est mendax: & postea subjicit: ἕτος θεῖν ὁ ἀντιχριστος, hoc est, taliter mendax se certissimò præbet AntiChristum. Sic 2. Joh. v. 7. ὁ πλάνος significat certum genus impostorum & stellionum, nempe talium, qui negant
Christum

Christum venisse in carnem, & ὁ ἀντίχριστος significat illos ex AntiChristis minoribus, qui præ cæteris, in personâ & officio CHRISTI oppugnando, Ecclesiæ nocebant.

2. Objectio sumitur à singularitate personæ Christi. CHRISTUS est una numero persona. Ergo & AntiChristus.

R. AntiChristus opponitur CHRISTO, non ratione personæ, sic enim disparata sunt, non contraria; sed ratione qualitatis, actionis & relationis. CHRISTUS dicit se esse naturâ Filium Dei; AntiChristus Orientalis illum dicit esse nudum hominem. CHRISTUS in verbo suo docet, se solum expiare peccata, & esse intercessorem nostrum apud DEUM: AntiChristus Occidentalis ponit alias satisfactiones expiatorias, & sanctis etiam tribuit intercessionem. CHRISTUS est Salvator: AntiChristus seducit & in exitium precipitat. CHRISTUS est caput Ecclesiæ: AntiChristus sibi quoq; hunc titulum arrogat. Jam verò hæc actiones & relationes CHRISTI actionibus & officio contraria, non tantum in uno individuo, sed pluribus reperiuntur, quæ tamen omnia, in unâ eademq; adversus CHRISTUM contrarietate, conveniunt.

Vanum autem est diverticulum Bellarmini, ex Joh. 5,

1. Joh. 5.
lib. 2.
cap. 1.
v. 18.
v. 22.
v. 23.
v. 24.
v. 25.
v. 26.
v. 27.
v. 28.
v. 29.
v. 30.
v. 31.
v. 32.
v. 33.
v. 34.
v. 35.
v. 36.
v. 37.
v. 38.
v. 39.
v. 40.
v. 41.
v. 42.
v. 43.
v. 44.
v. 45.
v. 46.
v. 47.
v. 48.
v. 49.
v. 50.

1. Joh. 5.
lib. 2.
cap. 1.
v. 18.
v. 22.
v. 23.
v. 24.
v. 25.
v. 26.
v. 27.
v. 28.
v. 29.
v. 30.
v. 31.
v. 32.
v. 33.
v. 34.
v. 35.
v. 36.
v. 37.
v. 38.
v. 39.
v. 40.
v. 41.
v. 42.
v. 43.
v. 44.
v. 45.
v. 46.
v. 47.
v. 48.
v. 49.
v. 50.

ex Joh. 5, 43. instantis; ibi CHRISTUM sibi opponere Antichristum, i. quod hic venturus sit in nomine suo. CHRISTUS autem venerit in nomine Patris. 2. quod hic dicatur alius in singulari numero, & à Judæis recipiendus, à quibus CHRISTUS non fuerit receptus.

R. Loquitur ibi Dominus non de filio illo perditionis, sed de iis, qui se pro Messia essent venditaturi, & Matth. 24, 24. Marc. 13, 22. vocantur Pseudochristi, quales fuerunt † Theudas tempore Apostolorum, Act. 5, v. 36. item quidam Ægyptius § Benochab sub Hadriani imperio, & * Moyses Cretenis sub Theodosio. Atq; ita tales personati Christi plures fuerunt, non unus aliquis, quemadmodum expresse locis allegatis CHRISTUS addit: Multi venient sub nomine meo. Deinde neq; singularem quandam personam Antichristum fore, probat vox (Alius) singulari numero usurpata. Nam alius dicitur vel ratione hypostaseos, vel ratione alicujus accidentis; & hic Græcis Philosophis proprie ἀλλοῖον vel ἕτερον, id est diversus potius, quam ἄλλος dicitur. Priore respectu concedimus individuum personam notari, quemadmodum diligenter notat Damasc. in Trinitate alium dici ratione distinctæ hypostaseos: posteriore autem respectu alius potest etiam de pluribus

† Joseph.
lib. 20.
Antiquit.
Jud. c. 4.
§ c. 12.
* Paulus
Diacon.
l. 21. rer.
Romanar.

Damasc.
lib. 6. de
Orthod.
fid. c. 7.

ribus intelligi, quibus eadem actio, qualitas, vel re-
latio competit. Sic Muhammedicus Tyrannus Dan.
7, 8. dicitur cornu aliud à decem cornibus, & rex
alius à decem regibus, v. 24. eademq; vox ibidem
statim explicatur: Post illos verò reges exurget
alius, qui à præcedentibus diversus erit. Similiter
ergo & hoc loco, omnes Pseudochristi voce (alius) in
singulari numero, exprimuntur, propter idem omni-
um studium, venientium in nomine Christi, & di-
centium: Ego sum Christus, Matth. 24, 5.

Sed hic iterum excipit Jesuita, & horum di-
ctorum παρὰ ἀλλήλων negat, quia apud Johannem a-
lius ille dicatur in suo; sed apud Mattheum multi
isti in Christi nomine, dicantur venturi.

R. Ludit verò Jesuita homonymiæ paralogismo.
Nomen enim apud Mattheum significat ipsam ap-
pellationem Christi, quam Pseudochristi ementiun-
tur, vel verbotenus & simulatè prætexunt, dicen-
tes: Ego sum Christus. Apud Johannem nomen si-
gnificat adventus causam, tum efficientem, id est,
autoritatem & voluntatem, & motum; tum forma-
lem, id est, ipsam doctrinam, tum finalem, quæ est
gloria; quemadmodum præcedens antithesis decla-
rat, cum Christus dicit: se in nomine Patris sui ve-
nisse, hoc est, autoritate & causâ Patris, ut ver-
D bum

bum ipsius doceret, & propter ejus glorificationem.

3. Objectio à typo AntiChristi.

Si Antiochus, typus Antichristi, est individua persona, etiam ipse Antichristus erit individuus homo. Sed prius verum. Ergo & posterius.

R. Copulatum non est firmum; quia non necesse est, ut typus & antitypus per omnia conveniant. Deinde ad minorem: Antiochus est typus Antichristi ^{nati} n, non in omnibus, sed secundum quid, nempe quoad subdolam regni occupationem, religionis vera prodigiosum despectum, cultus divini abrogationem, sanctuarij profanationem, & infandam superbiam, ac sanctorum persecutionem, modo quodam inquisitionis.

Thef. XII.

Propriæ AntiChristi magni, qui est extra Ecclesiam, notæ sunt:

1. Mutatio religionis Christianæ.

Antichristus enim paganus est corniculum illud Dan. 7, 8. 20 Præsumens mutare legem, id est, doctrinam cœlestem. Nam Muhammed, repudiato fidei canone, mentitur secum habitas sermocinationes

nes angelicas, & loco scripturae sacrae, novam religionis normam & amussim proponit Alcoranum, opera Sergij monachi Nestoriani & Arriani consutum, cuius aphorismos fastuoso impetu obtrusit, & circumforanea jactantia dictitavit, velle DEUM, ut sicuti lex Moysis cessit Evangelio, ita Evangelij autoritas expiret, ejusq; loco recipiatur Alcoranus.

Comprehendit autem Daniel quasi compendio summam hujus obtrusa legis novae, v. 8. quando corniculo illi tribuit, os loquens רַבֵּרְבָן superba, impudentia, & grandem impietatem praesferentia. Taliū verò blasphemiarum tot numero sunt in illo libro, quot lineae. Nam Christianis, Trinitatem personarum Deitatis profitentibus, polythēias stultitia obicitur, Christus Deus esse negatur, imò Muhammedi postponitur, idem in phantasmate tantum crucifixus, juxta Docetarum placita, dicitur; vita aeterna aestimatur ex carnalibus voluptatibus, baptismus & caena Domini exploditur, & circumcisio; aliæq; Mosaicorum rituum umbræ, verbi gratia, delectus ciborum, lotiones & tubæ in diebus festis, revocantur, imò & non pauca, quæ civilem honestatem ledunt, inferciuntur. Hac verò, & id genus alia sexcenta, ne diritatem blasphemiarum istarum auribus & cordibus hominum manifestò ingerant, fur-

Cedrenus
Compendio
histor. fol.
349. Luth.
tom. 2.
V Viteb.
fol. 70.
Leun-
clav. hist.
Musul-
mann.
Turcorum
lib. 1.

cifer iste Arabicus plausibili colorat larvâ, quam
Propheta per oculos corniculi indigetat. Nam
spondet amabilem quendam syncretismum Judæis,
gentilibus & Christianis Alcoranum recipientibus,
ut non perpetuis inter se dissidiis religionis ardeant;
seq̃ prophetam venditat, ac divinas apparitiones
jactitat; Christum verò etiam laudat ut Prophe-
tam, imò Dei verbum & virginis filium esse fatetur,
nec non Moysis, Prophetarum & Novi Testamenti
hypotesibus, ad suam deceptionem abutitur. Inpri-
mis autem gloriatur, se unum summum Deum cole-
re; unde & symbolum militare consecravit: DEUS
DEUS unus est & summus; Muhammed verò ma-
gnus ejus Propheta. Hoc schema depingit Daniel
v. 25. Verba faciet ex parte altissimi. Ita enim Va-
tablus, Arias Montanus & Graferus ex fontibus
Chaldæis reddunt, in quibus non est לַע super, aut
contra altissimum, ut alij pleriq̃ vertunt, sed לַע ex
latere, sive ex parte, quasi dicat: docebit suas blas-
phemias, reipsâ quidem Deo adversissimas, devotio-
nis tamen mantello palliatis, ut à Dei partibus vi-
deatur stare, atq̃ ejus gloriam se asserere contendat.
Ideò & Symmachus olim vertit: $\omega\sigma\epsilon\iota\ \theta\epsilon\omicron\varsigma\ \upsilon\psi\iota\sigma\omicron\varsigma\ \lambda\alpha-$
 $\lambda\eta\sigma\epsilon\iota.$

Deniq̃ ille ipse etiam hujus novitiæ religionis
effectus,

effectus, quem Daniel hic prænunciat, est consecutus, ut Alastor iste sanctis excelsorum multum negotij faceretur, pluresq; his illecebris inescatos turbaret, confunderet & à veritatis regiâ viâ abductos paganismi labyrinthis irretiret. Vix enim duæ annorum centuriæ cum semisse sunt completæ, ubi Saraceni, qui fidem Christianam, quam anno Christi 377. receperant, iterum perdiderunt, ac Muhammedis placita circiter annum Christi 610. amplexati, è gremio Ecclesiæ excidentes, in totalis apostasiæ barathrum precipitati sunt.

2. Nota est, arrogata sibi licentia mutandi ^{καίρεσις} id est, periodos temporum.

Dan. 7, 25. Nam primum loco diei Solis seu ferie primæ, ipse feriam sextam seu diem Veneris religiosi conventibus destinavit, tum in honorem Agaris, teste Cedreno & Scaligero, tum maximè in Christi, hoc die crucifixi, ignominiam, tum deniq; in memoriam fugæ Muhammedis, quam ille publicatâ Alcorani lege coactus est sibi consciscere, ne à magistratu urbis Mechæ caperetur. Deinde Christianam aram repudiavit, & annos solares mutavit in luna-

D 3

res

Scalig. de
emend.
temp. lib.
2, fol. 132.



Scalig. d. 1.

res, coeptos à nocte sexta feria seu diei Veneris, quæ anno Christi 622. erat 16. dies Julij, ubi è Mecha in urbem Jethrib fugit. Unde & epocham hanc vocavit Hegirathi, id est, Scaligero interprete, διωγμὸν ὑπὲρ τῆς θενουσίας, persecutionem & martyrium religionis ergo. ٦٢٢ enim Arabicum verbum, notat fugere.

Th. XIV.

3. Nota est, trium regnorum, de Imperii Romani decade ab alienatio.

Dan. 7, 8. Animadvertendam autem ad cornua (decem) & ecce cornu aliud parvum succrevit inter illa, & tria ex prioribus illis cornibus evulsa sunt à conspectu ejus.

V. 19, 20. Expetivi veritatem cognoscere de bestia quarta &c. & de cornibus decem, &c. & de alio, quod succrevit, cadentibus à conspectu ejus tribus.

V. 24. Decem cornua sunt decem reges, post quos exurget alius, qui erit diversus à prioribus, & tres reges deprimet.

Sunt autem cornua illa tria in fronte bestie decicornis, seu in Oriente. Nam jam olim Imperium Romanum, secundum orbis longitudinem, in orientem & occidentem divisum est, ut patet ex Notitiâ imperij. Similiter & imperium Caesar Augustus partitus est in suas denaexas, tum imperatorias, tum pretorias; quamvis pro re natâ interdum una provincia

vincia fuerit latior, interdum contractior. Ex his
ergo deinceps ab Antichristo Orientali tres sunt
Imperio Romano erepta, nempe Orientales, Ægyptus,
Asia & Græcia. Nam primò Saraceni, duce Mu-
hammede Pseudopropheta, occuparunt Ægyptum in
Africâ, & Syriam ac Ciliciam in Asiâ, illam quidem
majore, hanc minore. Quo futura potentia jacto ve-
luti fundamento, postea Callipha seu vicarij Sarace-
norum, reliquum etiam orientem infestarunt, donec
per Osmanicam seu Turcicam familiam Græciâ
etiam potiti sunt, subactò circiter 1350. anno, Bitby-
nia regno, in cujus metropoli Prusa, ante captam
Constantinopolin, Turcici Imperatores sepeliebantur.
Deinde 1453. anno adjectum est Constantino-
politanum, & tandem 1464. Trapezuntinum, quod
ex Constantinopolitani ruderibus ortum erat, teste
Laonico Chalcochondylâ. Atq; hic est limes di-
vinitus Antichristo pagano positus, ultra quem illius
dominatus latius non exporrigetur, ita ut reliqua
cornua valeat evellere, licet repentinâ aliquâ clade
affligere possit.

Neg; ullo fundamento nititur Patrum opinio,
dicentium, reliqua etiam septem cornua, ab hoc par-
vo cornu evulsum iri. Ut hinc sumta Jesuitarum
conjectatio, de Antichristo, super omnia imperij cor-
nua,

Luth. in e.
7. Dan. &
in concio-
ne militari
contra
Turcam.
tom. 4. Je-
nen.

Bellarm.
lib. 3. de
P. R. c. 16.

nua, fastigium dominatus sui elaturo, planè sit
frivola.

Sed & ij frustra sunt, qui pace quidem aliorum
Interpretum, nec in gratiam Antichristi, sed studio
fortè tuenda theses, hoc corniculum in c. 7. Dan.
putant idem esse cum illo cornu, ex uno reliquo-
rum 4. enato, propter adjectam parvitas men-
tionem, Daniel. 8, 9. quos meritò miramur, non
deterritos fuisse vestigiis Porphyrij, ex viperino er-
ga Christianos odio, talem & id genus alias, super
vaticiniis prophetis, glossas commenti. Ita verò
& attenuatur robur consolationis, quod piis ex præ-
dictâ de Muhammedico Tyranno historiâ nascitur,
& confuse redduntur disputationes de Antichristo
magno. Ne longum faciam, totam controversiæ de-
cisionem in hoc ratiocinationis compendium redigo:

Quæcunq; cornua seu regna Danielica diffe-
runt, 1. modo & causa appellationis, 2. ortu,
3. rebus gestis, 4. fortuna. 5. tempore atq; in-
teritu, illa non sunt eadem. Sed corniculum
Dan. c. 7. & cornu illud succedaneum, Anti-
ochum signans, Dan. c. 8. differunt prædictis
modis.

Ergo non sunt eadem.

Minoris membra singulatim ostendimus.

Nam

Nam 1. diversus est modus & causa appella-
tionis, siquidem cornu illud cap. 7. dicitur parvum
in relatione ad decem cornua, & ratione vilium na-
taliū atq; exilis fortuna, qualis fuit Muhamme-
dis, in quo cœpit regnum Antichristianum. Ortus
enim ille est ex imi loci hominibus in agro Mecha
urbis Arabiæ Felicis: post hæc à Scenitis in pueritiâ
captus, atq; Ismaëlitiæ mercatori venditus, servi-
tium in pascendis camelis præstitit. Tandem verò
propter vasritiem, mercaturæ adhibitus, tantam
apud dominum suum iniit gratiam, ut manumit-
teretur, ejusq; defuncti viduam quinquagenariam
exambiret; quâ paulo post mortuâ, divitiis jam af-
fluentissimus, filiam Bubazi, principis Arabiæ, in
matrimonium duxit.

In cap. 8. autem non fit comparatio cum decem,
sed tribus, vel quatuor cornibus, nec parvitas dici-
tur ratione natalium, sive de Antiocho Epiphane,
sive de Seleuco Nicanore, cornu illud parvum intel-
ligatur. Si enim in voce *מַעֲיִרָה* est heemanticum
& cum dages forti, euphoniæ gratia, est signatum,
ut vult Rabbi David Kimchi, vel ut Junius putat,
intendendæ significationis, est additum, tum tribuen-
da erit Antiocho Epiphani, non quidem ob natales,
quibus erat gloriosissimus, sed ob morum perverfi-

E

tatem

Leunclav.
lib. 1.

D. Kimchi
in libr. ra-
dic.

Polyb. l. 5.

tatem parum regiam, tum etiam ob aestimum proce-
rum, fratrem Antiochi in regno deferendo, ob ata-
tem, praeponentium. Si verò juxta solennem He-
braeorum formationem, nomini isti Hebræo dicamus
in præpositionem apponi, & per dages, in primâ ra-
dicali, compensari defectum abjectæ literæ ך, tum
vox erit composita, nec significabit parvum, sed ex
parvo sive minimo, inter quatuor scilicet ista cor-
nua. Atq; ita non denotabitur Antiochus, sed Seleu-
cus Nicanor, familiae Seleucidarum, ex quâ Anti-
ochus Epiphanes natus est, autor: Eritq; syntaxis:
Ex illorum tertie bestiae uno, (nempe ex minimo in-
ter quatuor illa cornua.) prodibit cornu aliud. Nec
minus aptè & sensus sibi constabit. Seleucus enim
Nicanor, ex quo familiae ortum traxit cornu illud
aliud Antiochus, relatione quâdam ad tetrarchas,
inter quos initio nullum locum habuit, quando cornu
magnum Alexandri in quatuor archisatrapias di-
visum est, est minus cornu. Unde Daniel II, 5. non
etiam dicitur rex, sed unus ex Alexandri principi-
bus seu praefectis, nempe Babylonis. Imò potentiâ
Antigoni oppressus, atq; in exilium actus, Ptolomæo
Lagi supplicatus est, à quo adjutus demum anno
19. post mortem Alexandri magni emerfit, ejectoq;
Antigono, & Demetrio Antigoni filio, genero suo in
custodiâ

*custodiã ad mortem usq; detento, factus est rex Syria
& Babylonia usq; ad Persidem.*

II. Deinde est diversitas in ortu. Nam corniculum c. 7. oritur inter decem cornua adhuc existentia, & fit undecimum, tria è decem postea revellens. Unde ter de eo dicitur, quod sit aliud, c. 7, 8. 20. 24. non tantum ratione ordinis, verum etiam nature aliena, ut vers. 24. explicatur per נֶשֶׁן id est, alterius generis erit. Cornu autem aliud cap. 8. Antiochum designans, est succedaneum in locum prioris non amplius existentis, nec quoad formam regni differens. Antiochus enim in thronum fratris ordinariè successit, c. 11, 21.

III. Res gestæ quoq; non conveniunt. Neq; enim Seleucus, neq; Antiochus Epiphanes tres reges humiliavit. Ubi non est, ut Regum vocula accipiat^{ur} partitivè, quemadmodum vult Junius & Polanus, de personis individuis, ut fit in fine vers. 21. c. 8. ubi Alexander dicitur rex, sed cum additione, rex primus: verum collectivè de triplici Regum serie, & variarum personarum, in tribus regnis regentium, successione.

Sed esto reges hic significare individuas regum personas, quomodo illæ demonstrari poterunt? Sive enim cum Ptolomæo Philopatore & Seleuco Philo-

patore numeretur Demetrius, filius Philopatoris, ut vult Junius; sive Antiochus Magnus loco Demetrii, ut facit Polanus; sive denique Ptolomæi Philopatoris loco, substituatur Seleucus Philometor, Ægypti rex, ut Brugthonus recenset, nullo tamen horum modorum poterit fides historia constare.

Nam nec Seleucus Philopator est humiliatus vel eradicatus ab Antiphane, sed ante eum & cum eo regnavit, non oppetit à morte violenta, Dan. 11, 20. 2. nec Antiochus Magnus cecidit à facie cornu alius, hoc est, fraude filij Epiphanis, sed per seditionem, ob sacrilegium, in templo Jovis Dodonæi à plebe fuit interfectus. 3. nec Demetrius, nec Seleucus Philometor possunt esse inter cornua illa evulsa ab Antiocho. Siquidem ille ex fratre Seleuco nepos, interjecto in super Antiocho Eupatore, successit Antiocho Epiphanis, cum Romæ obses, inde fuisset elapsus. Hic autem quinquennio quidem ante Antiochi dominatum in Ægypto regnum adiit, sed tamen post duodecenne Antiochi regimen, in super octodecim annis à morte Epiphanis, cum imperio fuit. Taceo præterea alias actiones corniculi c. 7. quales sunt; introductio nova religionis, mutatio temporum, &c. quæ in Antiochum Magnum minimè quadrant.

IV. Nec fortuna quoque & successus corniculi illius,

Justin. l. 32.

Joseph.
lib. 12, c. 15.

illius, quod tandem fit speciosius quàm ullum
reliquorum, c. 7, 20. convenit Antiocho. *Hic
enim reliquis Tetrarchis omnibus nō potuit præfer-
ri, imò nec parentis quidem Antiochi Magni, ante
bellum cum Romanis gestum, florentem statum &
amplitudinem æquavit. Bellè autem hoc attributum
convenit regno Saracenico, quod diviso Calliphatu
per Syriam, Ægyptum & Persiam se dilatavit, do-
nec tandem statua monarchica tibiam unam peni-
tus subrueret.*

V. Deniq; magna est differentia quoad du-
rationem & interitum. Nam corniculum c. 7. ba-
bet longam temporis periodum, nempe annorum
1260, & perdetur in fine cum totâ bestiâ quarta v. 11.
per ultimum Christi adventum. Antiochus autem
seviit tantum bis mille tercentum diebus, id est, sex
annis & tribus circiter mensibus, c. 8, 14. & fatali
morbo oppressus periit, longè etiam ante Christi ad-
ventum.

**AntiChristi Ecclesiastici no-
tæ sunt.**

1. Apostasia partialis.

*Sic enim Daniel de Antiocho, quatenus Anti-
christi typum gerit, loquitur, c. 8, 24. Corrumpendo
occultè*

E 3

Livius dec.
4. lib. 7.
Flor. lib. 2.
c. 8.

Th. XV.

occultè perdet & feliciter perficiet. Perdet autem
corrumpendo tam robustos, quam populum sancto-
rum. Ubi verbo emphatico $\eta\ \eta\psi\eta$ ter in hac prophe-
tiâ Daniel utitur; quod significat corruptionem
talem, non quâ res aboletur, sed quâ alteratur. Itaq;
non totam corruptionem doctrinæ seu apostasiam,
quæ Muhammedici regni propria est, sed $\alpha\delta\delta\iota\omega\sigma\iota\upsilon$
innuit, quâ vel aliqui, vel omnes fidei articuli de-
pravantur, sed non omnino, ut disput. 1. tb. 13. dixi-
mus. Atq; hoc est, quod Paulus Antichristum occi-
dentalem dicit in templo Dei sedere, 2. Theff. c. 2.

Π Ο Ρ Ι Σ Μ Α.

Th. XVI.

AntiChristus Ecclesiasticus est Christianus.

Eccliar. 1. 3.
de P. R. c.
12.

Jesuita hic duo tradit theoremata, quæ dicit cer-
tissima. Unum: Antichristum propter Judæos ven-
turum, & ab iis tanquam Messiam recipiendum:
Alterum: Ex Judæorum gente nasciturum, cir-
cumcisum iri & observaturum aliquandiu sabbat-
hum.

R. Quot lineæ, tot falsiloquia. Videamus enim
demonstrationem, ut vocant, & apparebit rationes
illius esse vel $\psi\delta\omicron\upsilon\epsilon\gamma\phi\eta\upsilon\alpha\tau\alpha$, vel paradoxas opinio-
nes

nes Patrum quorundam. Primum enim theorema
probat ex loco Joh. 5, 43. Quicumq; omnium maxi-
mè Christum recipere noluerunt, illi recipient Anti-
christum.

At Judæi omnium maximè noluerunt Christum
recipere. Ergo Judæi recipient Antichristum.

R. Sed jam ante responsum est, Christum proprie
de Pseudochristis in illo dicto loqui, non verò de An-
tichristo proprie dicto.

Instat autem ex 2. Thessal. 2, 10. Qui amorem
veritatis recipere noluerunt, illis mittetur Anti-
christus proprie dictus. At Judæi amorem veritatis
recipere noluerunt. Ergo Judæis mittetur Anti-
christus proprie dictus.

Minorem cum antecedente dicto committit, &
ἀγάπην τῆς ἀληθείας, amorem veritatis, seu amabilem
veritatem de Christo exponit, imitatus Chryso-
stomum, Oecumenium, Theodoretum & Theo-
phylactum, quomodo & Cyprianus intellexit ver-
tens: dilectum veritatis.

R. Sive veritatis amor accipiatur, de studio ve-
rae doctrinae, sive de ipso Christo, qui verè & sincerè
nos dilexit: tamen repudiū illius hoc loco nō est tale,
quale Joh. 5, 43. perstringitur. Ibi enim agitur de
omnigeno & à prima statim Evangelij promulga-
tione

Cyprian.
epist. 55. &
in l. de la-
pſis.

tione cœpto veritatis repudio, quò Judæi resistebant
sancto Spiritui. Hic autem agitur de repudio ve-
ritatis, prius factam ipsius receptionem insecuto:
ideoq; illud paulò ante Apostolus nominavit apostasi-
am. Ἀποστασία autem requirit σίω, stationem in fi-
dei recepto fundamento. Deinde illi contemptores,
quoad aliqualem saltem fidei professionem, dicuntur
templum DEI, & pertinent ad Ecclesiam visibilem:
Judæi autem, nec fuerunt σίω in fide Christianâ, nec
templum DEI, quantum ad externam etiam fidei de
Christo professionem. Quare Judæi non possunt per
hos contemptores intelligi.

Nec obstat, quod Paulus in præterito dicat, de
futuris Antichristi subditis: Non receperunt amo-
rem veritatis. Nam hoc non pertinet ad Pauli tem-
pora, sed Antichristi, cujus adventum præcedaneus
hic veritatis despectus, tanquam causa, pœnæ istius
meritoria, antecepsit.

Secunda thesis de Antichristo ex Judæis, &
quidem ex tribu Dan orituro, levis est Patrum
conjecturula, & fabula, quâ Satanas omnium men-
daciorem fictor, voluit mundo imponere, ne in fero-
ciente hoc super Ecclesiam dominatu Antichristus
caveretur. Nata autem est hæc fabula ex omissione
tribus Dan, in catalogo tribuum Israëliticarum,
Apocal. 7,

Luth. Gen.
49.

Apocal. 7, 5. & seqq. ejusq. suspicioni auxiliarem
fidem conciliare voluit Irenæus ex Jerem. c. 8, 16.
& Anselmus, Rupertus, & alii ex Gen. 49, 17.
Sed vanitas hujus cause manifesta est, & nihil con-
cludit: Esto syllogismus:

Quæ tribus Apocalyps. 7. est omissa in catalo-
go tribuum Israëlitarum, ex illa prodibit Anti-
christus.

Sed tribus Dan est omissa.

Ergò ex illâ prodibit Antichristus.

R. Primò enim non tantùm tribus Dan, sed etiam
tribus Ephraim est omissa. Deinde catalogus ille
non loquitur de Israelitis carne; quia nativi Judæi,
post solutum intergerini parietis septum, non am-
plius in tribus distribuuntur; sed de Israëlitis spiri-
tu, qui fide sunt filij Israël, Rom. 9, 6. Gal. 6, 16.
eorumq. tribus sunt numerus Christianorum ex o-
mnibus gentibus fidem Israelis imitantium. Si ergo
dicatur, Israëlitas allegoricè sic dictos ibi recenseri,
similiter quoq. dicendum erit, Danitas atq. Epbra-
teos non nativos, sed allegoricè sic dictos, ibi omitti.
Ita verò allegoria non monstrabit tribum & genti-
litatem Antichristi, sed alludet vel ad nomen Danis,
vel ad ingenium & facta harum tribuum. Quem-

admodum enim Dan significat judicem, ita Anti-
christus

F

christus



christus quoque vult esse Dan, hoc est, iudex. Deinde quemadmodum Dan ita astu potius rem gesserunt, quam aperto Marte: ita Antichristus insidiosâ simulatione regnum suum firmat. In primis autem non inconcinna potest peti allegoria ex apostasiâ harum tribuum, cujus radicem iam tum suo tempore metuebat Moyses, Deut. 29, 17. Postea in domo Michæ Ephraim prima sementis extitit, ejusdemque luxuries magis magisque est subsecuta, donec omnibus Danitarum

Spicea jam campis sic messis inhorruit
fœdissimarum abominationum, Jud 17 & 18.

Similiter & hujus apostasiæ typus apparet in tribu Ephraim, cujus surculus fuit non modò Michas ille, de quo dictum est; verum etiam Jeroboam, qui decem tribus peccare fecit, 1. Reg. 12, 26. 27. & non tantum vetus illud Βδέλυγα in Dane confirmavit, sed & in Bethel sue tribus oppido, novum vitulum erexit, metuque defectionis populo sacra Hierosolymitana interdixit. Hac omnia accommodari ad Antichristum possunt, & alia similia, quæ Gregorius Magnus planè ut allegorica notavit.

l. 31, moral.
c. 18.

Ceterum dictorum, quibus ad confirmandam suam opinionem, usi sunt Patres, incommoda est glossa. Nam in loco Jeremiæ, Dan non est nomen filij Jacob,
aut

ant tribus ejus; sed urbis, quae erat in extremitate
Canaan versus septentrionem, de qua saepe dicitur in
libris Regum: à Dan usq; ad Bersabe, 2. Samuel. 3, 10.
2. Reg. 24, 2. Et per eam, Propbeta dicit, Nabucho-
donosorem esse ingressurum in fines Judaicos. Di-
ctum autem Genes. 49, 7. secundum literam est ac-
cipiendum, de moribus atq; astu serpentino Danita-
rum in bellis, quemadmodum illius documentum
præbuerunt in occupatione urbis Lachis, Jud. 18, 7.
Et in specie Simson Danita contra Philistæos: ad
quem Onkelos dictum hoc accommodat.

2. Nota est, mysterium ini- quitas.

Th. XVII

Potesť mysterium iniquitatis tribui Antichristo

I. Quoad modum agendi, eumq;

1. Et in promachis suis, primaq; sui origine:

Nam vasfris Et lentis artibus se in domum DEI
insinuat, ita ut intra ejusdem parietes non prius a-
nimadvertatur, quam oppugnatio ejus sentiatur.
Hoc est quod Paulus dicit 2. Thessal. 2, 7. mysterium
iniquitatis jam ègypta, Lutherus emphaticè: reget
sich; vel, ut græca scholia passivè explicant; peragi-
tur, scilicet à Satana. Addit tamen Apostolus, illum
conatum nondum esse liberum Et citra impedimen-

F 2

tum;

tum; eiq; impeditæ operationi opponit ἀποκάλυψιν
v. 8. seu manifestationem Antichristi, hoc est, libe-
rum dominatum, Ἐπαρσίαν. v. 9.

2. Et in confirmatione regni atq; incremento.

Nam Antichristus doctrinam suam arcanis tra-
ditionibus assertam, venditat pro mysteriis Ἐ sacris
opertaneis, nec non ad conservandum dominatum
adhibet multa sophismata, seu arcana dominationis,
ut vocat Tacitus, quæ Ἐ ipsa mysterij nomine solent
appellari, quemadmodum apud Herodianum jus ju-
randū, quod præstabant legiones, dicitur esse, τῆς Ῥωμαίων
ἀρχῆς σεμνὸν μυστήριον, id est, imperij Romani grave my-
sterium sive arcanum. Huc pertinent duo cornua be-
stie terrene similia agni, Apocal. c. 13, 11, hoc est, ut
explicat Anonymus interpres Apocalypf. simula-
tio veritatis in doctrina, Ἐ innocentia in vita.

II. Propter summū gradum ex legis iniquitatis.

Hic significatus egregiè illustrari potest ex illo
Josephi, qui de Antipatro Herodis filio, homine con-
sceleratissimo, sic loquitur: Non erraverit, qui di-
xerit, vitam Antipatri fuisse μυστήριον κακίας. Ita ergo
Ἐ Antichristianismus hic est μυστήριον ἀνομίας, cum An-
tichristus Ecclesiasticus sit omnium hæretico-
rum maximus, pessimus, atq; ipso etiam pagano
Antichristo tanto abominabilior, quanto fur dome-
sticus

Tacitus
lib. 1.
Herod 18.

JIVZ. 11

lib. 1. de
bello Jud.

sticus deterior est externo. Hec modo cum prioribus significatis conjuncto, explicari potest dictum Apoc. 17, 5. Mysterium, scilicet iniquitatis, hoc est, tribuitur ipsi non tantum occulta, sed & omnibus numeris absoluta iniquitas, quemadmodum mox declaratur gradus hic à vouitas, dum dicitur, Babylon magna, mater fornicationum.

Eandem vocis emphasin Daniel quoque signatissima voce תהו נפול exprimit, quam cap. 11, 36. ad velata & in fascinandis animis peculiarem vim habentia, nec non, ut cum LXX. Petrus 2. Petr. 2, 18. loquitur, ὁ πῆγυρα commenta Antichristi, accommodat. In c. 9. autem v. 24. de illorum effectu usurpat תהו נפול hoc est, occultè, prodigiosè simul & mirificè corrumpendo perdet, Perdet autem tam robustos, quam populum sanctorum.

3. Nota AntiChristi Ecclesiastici est, monarchia Ecclesiastico-politica, seu spiritua-
lis simul & politica.

Hinc Apocal. 17. illa gemina sedes meretrici
magne, cujus caput & sponsus est Antichristus, tri-
buitur.

buitur. Dicitur enim sedere super aquas multas, v. 1. hoc est dominari populis & turbis, & gentibus & linguis, v. 15. Deinde etiam dicitur sedere super bestiam coccineam. v. 3.

Th. XIX.

Spiritualis Monarchia Antichristi est, quâ se venditat Caput Ecclesiæ, & omnium ejus ministrorum, ac dominatur conscientiis.

Hic dominatus describitur 2. Thessal. 2, 4. per divinam sessionem in templo DEI, id est, in Ecclesia, 1. Cor. 1, 2. c. 3, 16. 2. Cor. 6, 16. Ephes. 2, 21. quæ est domus DEI ex vivis lapidibus, 1. Petr. 2, 5. constructa, inq; templo Hierosolymitano olim præfigurata, Apoc. 11, 1. c. 15, 5. Porro dominatus hujus amplitudo significatur, Apoc. 13, 3. c. 17, 15. eiq; reciprocus adorationis & subjectionis cultus exprimitur, Apocal. 13, 8.

Thef. XX

Politica seu temporalis potestas spirituali admixta, vel est

est indirecta, vel directa.

Indirecta est, quâ juris divini
prætensione, omnes princi-
pes religioni suæ addictos, in
collatione regnorum, & ex-
emptione religiosorū seu Cleri-
corum è Republ. sibi subordi-
nat, adeoq; dominium totius
mundi sibi vendicat.

Dan. 11, 36. Exaltans se (Rex) & efferens se
ipsum supra omne numen seu magistratum, qui dī
sunt terrestres, Psal. 82, 6. Et v. 37. nec quenquam
Deum seu ullam majestatem curabit. 2. Thessal 2, 4.
Filius perditionis se extollit supra omne quod dici-
tur Deus, & supra omne *σεβαστα*, id est, super omnes
magistratus, non solum inferiores, sed etiam super
augustam illam & omnium maximam inter homi-
nes majestatem Imperatorum, qui *σεβαστοι* καὶ *σεβασ-
τέροι* dicebantur.

Neg.

Neg, hic dominatus caret subjectionis & obsequij responſu. Nam Apoc. 17, 12. decem Reges, licet cum bestia, vel post bestiam, acceperint à Deo suam potestatem verè βασιλικήν, tamen virtutem & potestatem suam tradent bestia, donec compleantur verba DEI, v. 13, 17.

Th. XXII.

Directè politica cum spirituali mixta potestas est, quâ ob religionem factæ donationis aut patrimonii concessi, aliove titulo occupat in imperio Romano occidentali Latinas, eoq; relatas, ditiones.

Apocal. 17, 3. Vidi meretricem sedentem super bestiam: & v. 8. bestia, quæ erat, & non est, & tamen est.

Ingredimur hîc labyrinthum interpretationum Apocalypticarum, è quo ut nos oportunè expediamus, denuò sollicitamus manuductionem summi illius mystagogi, qui in omnem veritatem ducit, Joh. 16, 13.

Alij

Alij quidem interpretes bestiam marinam putant esse imperium Romanum; bestiam autem terrenam tantum volunt esse Antichristum: alij planè negant de Imperio Romano agi, & per utramq; bestiam Antichristum intelligunt. Nos mediâ viâ incedemus, adhibita distinctione materialis & formalis, seu subjecti, & politica Antichristiana, in illud introductæ.

Ideoq; sequentes assertiones ordine sunt probandæ.

I. In Imperio Romano Antichristus Ecclesiasticus suum dominatum occupabit.

Bestia enim decicornis & septiceps in designatione magnorum mundi imperiorum, est monarchia Romana.

Sed bestia, in quam dominatum sibi arrogat Antichristus Ecclesiasticus, est bestia decicornis & septiceps. Ergo &c.

Major probatur, tum ex attributis quartæ bestie, c. 7, 7. 19. Dan. quæ non nisi imperio Romano competunt, tum ex eventu. Qui enim successorum Alexandri Magni ad tertiam bestiam pertinentium, regna ita suæ ditionis fecerunt, uti Macedones Persicam, & Perse Babylonicam Monarchiam prius everterant, illi sunt quarta bestia Danielis. Sed Romani hoc fecerunt. Nam primò Asiam minorem, victo Antiocho Magno, obtinuerunt. Post Ma-

G

cedoni-

*Liv. lib. 37.
Just. lib. 31.*



cedonicum regnum, Rege Perseo unà cum filiis capto, Romanorum ditioni subjecit Æmylius Paulus; Syriam verò, victo Tigrahe, Pompejus Magnus triumphavit. Ægyptum deniq; primus occupavit Julius Cesar, & regnum quidem Cleopatra concessit; sed postea Augustus, victo Antonio, & Cleopatram sibi per aspides mortem conciscente, in formam provincie redegit.

Bod. de
meth. hist.
c. 7.
Jun. in
comm.
super Da-
niel.

Sed hanc doctrinam, quæ fundamentum quoddam est vaticiniorum de Antichristo, incertam reddunt disputationes, tum Bodini, tum Junii: quorum ille totam visionem Danielis, ad solam Babylonem accommodat, & bestias accipit de Medis, Persis, Grecis & Parthis, qui Babylonem subegerunt; hic autem cum suis asseclis, Exarchos quatuor, Alexandri M. successores, vult esse quartum imperium.

Bodini quidem opinio diluta est, atq; evidentibus Prophetie verbis repugnat, quæ sæpius testatur, de maximis imperiis, in orbe terrarum sibi invicem successuris, agi: neq; etiam attributa quarta bestia Parthis competunt.

Operosior autem est Junii probatio, cujus partem, de corniculo parvo c. 7. Dan. jam tum supra attigimus. Nunc unicum syllogismum apponimus:

Quodcunq; regnum cum Alexandri imperio constituit Monarchiam tertiam, nec quarti imperii, ut
prorsus

prorsus alius, recipit attributa, id non potest esse quarta monarchia.

Sed regnum successorum Alexandri est tale. Ergo &c.

1. Quod enim ad tertiam monarchiam pertineat, apparet. i. ex symbolis hieroglyphicis hujus imperii. Siquidem solus Alexander non est venter & latera c. 2, 32. sed umbilicus tantum: in Alexandro bestia tertia non fit quadriiceps, aut quatuor alas accipit c. 7, 6. sed demum in successoribus: Alexander item non est totus bircus c. 8, 8. sed tantum cornu ejus magnum, quod cap. 11. v. 4. dicitur evulsum iri quoad individuum tamq. potentem Regni gubernationem, & ratione stirpis traducis Alexandri penitus excindenda: non autem finalem destructionem ipsius monarchiae: post illud enim alia quatuor nascuntur ex eadem gente, c. 8, 22.

2. Ex vitâ seu duratione bestiae tertiae, cui & ipsi certum aliquod tempus periodicum est concessum, proportione quodammodo respondens ceterarum bestiarum periodis, Dan. 7, 12. At in solo Alexandro non fuit perfecta tertij imperij periodus, & talis, qualis mutationem fatalem imperiorum describit: siquidem totum Alexandri Magni regnum, ab obitu parentis Philippi, non multum se ultra duodecim annos extendit. Sin autem illud tempus spe-

G 2

Etetur,

Arrianus
lib. 7. Dio-
dor. Sicul.
Biblioth.
historicæ
lib. 17. Plus

tarch. in
vita Ale-
xand.

*Etetur, quo factus est monarcha, de victo Dario, vix
septennium ipsi poterit assignari.*

3 Ex numerali, & successionis futuræ expressâ
serie. Bestia enim tertia dicitur Rex Javan, id est,
Ionicus seu Græcia, *ουδαντινωσ*: at Alexander distri-
butivâ numeratione dicitur rex primus, c. 8, 21.
primus Græcis imperasse, 1. Macc. 6. v. 2. & c. 8. cit.
v. 9. in Locum confracti cornu magni dicuntur
alia cornua quatuor successura, hirco manente sal-
vo. Adhuc verò id expressius dicitur v. 22. quo con-
fracto, quatuor regna pro eo *EX GENTE* (Javanis,
non ex Alexandri naturalibus posteris c. 11. v. 4.
quibus è medio sublatis, regnum ejus, primi scilicet
Regis, fuit evulsum) existent, sed non in ipsius
potentia. Quod ipsum c. 11, 4. iteratò repe-
tens Propheta, testatur, Alexandri regnum divisum
iri. Quod autem dividitur, non omnino tollitur &
evellitur.

II. Quarta bestia dicitur prorsus alia & diversa
seu alterius generis & nature à bestiis precedentii-
bus, & quidem omnibus, Dan. 7, 7. 12, 19. 24.

III. Nec attributa quartæ bestie competunt
Alexandri Magni successoribus. 1. non origo, quia
non fuit exortum ex mari, id est, statuerum per
externos turbato: nam forma regni, & Macedo-
num instituta manserunt unde: & Maccabæo-
rum

Pausan. 1.
10. descri-
ptionis
Græciæ,

rum historia eos non nisi Græcos vel Macedonas, vo-
cat. 2. non qualitates: major scilicet terribilitas,
quàm in cæteris monarchiis, & potentia ferrea. Un-
de Apoc. 13, 2. reliquarũ trium monarchiarũ quasi
eptiomen in quarta ostendit: Et Daniel in 4to regno
reliqua OMNIA interitura c. 7. v. 27. & c. 2. v. 35.
Inter omnes Alexandri posteros, ratione potentia &
succesuum, eminet Antiochus Magnus, qui tamen, cū
in Græciam contra Romanos expeditionem suscepit,
tantum abest, ut terrorem incusserit Romanis, ut
potius pro deridiculo fuerit Titio Quintio, copias
illius variegatas, suis mansueti carnibus diversimo-
dè conditis, comparanti. De Antiocho Epiphane mul-
tò minus id asseri potest, quem in littore stantem,
M. Popilius unico etiam circulo, per baculum in a-
renâ factò, circumscripsit, & ut in isto loco responde-
ret, an quod Senatus Populusq; Romanus preciperet,
exequi, & Ægypto movere exercitum vellet. Hoc
scilicet est quod Daniel c. 11, 30. dixit: Venientibus
contra eum navibus Chittim, dolore affectum regem
Syrie. Sed & duricies, ratione durationis conside-
rata, non quadrat in Seleucidas, ut supra diximus.
3. nec effecta: vorare, dentibus comminuerè, pedi-
bus conculcare: quæ roboris militaris immensæq; po-
tentia documenta, non poterunt accommodari per-
secutioni Antiochi in Judeos exercita, quam Judæi

G 3

non

Livius dec.
4. lib. 5.

Liv. decad.
5. lib. 5.
Hieronym.
in cap. 7.
Dan.

non tantum fortiter perdurarunt, sed etiam tandem constituto regno, à se propulerunt; idq; regnum non Antiochus, sed Romani domuerunt, & tandem omnino exciderunt ac destruxerunt.

Helvic. in
Synop.
Histor.
univ. p. 57.

Unum superest attributum, quod Junius non putat competere Romanis, nempe mutua commixtio per humanum semen. R. Multa exempla dari possunt amicitiae per conjugia contractae à Romanis Monarchis. Nam labascente jam per barbarorum irruptionem imperio, Theodosius Magnus contra Gothos missus, duxit Gratiani Imperatoris sorore, Gallam: Theodosii filiam Placidiam Constantinus: Valentiniani III. in occidente Imperatoris filia Eudoxiam, Hunericus Genseri Vandalorum regis filius: Et Theodoricus Veronensis rex Gothorum, imperium occidentis, à Zenone Imperatore commissum, firmare laboravit quinq; conjugis, ut ostendit Clarissimus Chronologus Helvicus. Optimè ergò hæc proprietas Romanæ Monarchiæ competit. Quia & Seleucidis non est communis, si his, quibus à Daniele describitur, circumstantiis, consideretur. Commixtio enim hæc seminis fit, non in quartæ Monarchiæ initio, in quo tantum est ferrea, sed cum in extremis pedibus tibiærû heterogenea existit ferricum luto commixtio, ad corroborandas imperij partes. At Seleucidarum & Lagidarum familiæ statim ab initio tetrarchiarum tentarunt banc per conjugia devinctionem.

Minor syllogismi principalis apparet, ex specie iriformi be-
flia An-

stia Antichristo subjugis, qua à Johanne Apoc. 13, 2. his trium monarchiarum symbolis representatur, & nomine proprio non exprimitur, ut teste Hieronymo, quicquid ferocius & robustius cogitemus in bestiis illis, hoc Romanos esse intelligamus: quemadmodum simili ferè ratione in Romano Imperio, dicuntur à lapide comminui, reliqua tres monarchiae praecedentes, Dan. c. 2, 35.

II. Et quidem in imperio occidentali.

Nam cornua tria cernua sibi rapit Antichristus orientalis. Nihilominus Johannes Apoc. c. 13, 1. numerat decem cornua occidentalis imperij, quia denarius numerus ἐκ πλάτει accipiendus, nihil impedit, quo minus per fatales mutationes regnorum, ex pluribus unum, aut ex uno plura facta, sic queant numerari.

Atq; haec cornua tantum ad occidentale imperium pertinent; quia Antichristo Ecclesiastico dicuntur tradere suam potestatem, Apoc. 17, 13.

Addit verò Johannes, praeter integrantes haec partes, etiam formales, nempe septem capita, id est, regiminis formas; quas etiã tribuit Draconi, c. 12, 3. id est, imperio Romano, sub Imperatoribus Ethnicis & Christianis haeresi Arrianã, & similibus, infectis. Quanquam enim, cum Satan in Imperatoribus Ethnicis à Michaële per Constantinum victus est, sextus tantum rex fuit, & in Maxentio, Maximino, Licinio desinit, & tunc septimus demum successit: tamen idem Draco postea sub haereticis Imperatoribus, per audam, id est, Pseudoprophetas, ut Primasius ex Esa. 9, 15. explicat, detraxit tertiam partem stellarum, & mulierem in desertum, in locum suum fugientem

persequi.

Hieron.
in c. 7.
Dan.

Thef.
XXIII

persequitur, & falsa doctrina aquis eructatis vult
ipsam facere *no. uo. p. o. n. t. v. c. 12, 15.* Septimum enim
caput, sunt quidem Christiani Imperatores, sed ali-
qui tantum sunt orthodoxi, alij verò etiam heretici,
& draconica caudæ adherentes.

Septem enim capita seu reges commodissimè ex-
ponuntur de septem formis regiminū Romani Impe-
rij, quia capita illa successiva sunt, Apoc. 17. v. 10.
& casus eorum, non defectionem ab Antichristo no-
tat, sed oppositum mansioni & existentia interitum
v. 11. quem Paulus 2. Thess. 2. 7. vocat ablationem
è medio; & ex his in ultimo sublatis, existit bestia seu
Antichristus.

Tacitus
lib. 1.

Regimina autem Romanæ Reipub. sunt septem,
quorum sex Tacitus statim in exordio l. 1. enume-
rat: Reges; libertatem & consulatum; dictatu-
ram; decemviralem potestatem; tribunorum
consulare jus; & principes sive Imperatores. Sed
Imperatores vicissim sunt duorum generum, Eth-
nici & Christiani. Sub Christianis enim cœpit nova
facies regiminis, per religionem Christianam, in cu-
jus honorem etiam in jure civili, ratione servorum,
hæreditatum, testamentorum, multa sunt variata.

Hæc porrò septē capita habitu seu insignibus dif-
ferūt. Nam in dracone habet singula sua diademata:
in bestia autē cū non nisi materialiter amplius sint; nō
habent

babent diademata, sed loco illorum nomen blasphemie, Apoc. 13, 2.

III. Non tamen omni, sed aliqua Imperij eius parte, nempe Vrbe Roma, eique subiecto Latio, Piceno, Tuscia, & aliis ditionibus, quas ut proprias jactitat.

Apparet hoc I ex mutatione regiminis. Nam caput imperatorium aliò transfertur, & cornua non amplius sunt partes bestiae monarchicae, sed alienantur ab imperio, unâ horâ, Apoc. 17, v. 12, i. e. tempore uno, quando bestia sedem suam occupat, ipsi quoque cum bestia, hoc est, non à bestia, sed à Deo, licet bestiae scelere interveniente, imperij Romani jugo se eximunt, adepti ἐξουσίαν ὡς βασιλεῖς, ibid. id est, potestatem αὐτονομίῳ seu regibus propriam; & hujus symbolum sunt decem diademata in singulis cornibus, c. 13, 1. Roma verò cum subiecta Italia, Antichristo Ecclesiastico cedit, ut peculiare patrimonium. Hæc ergo synecdochicè vocatur bestia

H

Romano.

Thef. XXIV.



Romano-monarchica, cujus caput septimum diademate ornatum, ubi quasi lethaliter vulneratum est, in Latio impletur epitaphium illius à Johanne positum: bestia fuit, & non est; scilicet ratione suae pristinae formae & à *ἑβραῖα* ῥωμαίων Romani, quod venit hieroglyphica appellatione caput diademata habentium. Sed & eadem bestia dicitur tamen esse, scilicet 1. ratione materialis, quatenus subjugis est meretrici magne, Apoc. 17, 13. eamq; insidentem portat v. 7. 2. & prout septem caput potestas eatenus remanet, ut ex iis existat alia bestia, nempe rex octavus, v. 11. 3. quia in hanc materiam introducit nova forma regiminis, nempe Ecclesiastico-politica. Nam ratione hujus supervenientis novae formae, bestia dicitur ascensura, & revixisse, & adhuc esse, ut eadem sit Romanae Ecclesiae, quae antea erat urbis Romae, autoritas. Licet autem bestia sit octavus rex, non tamen habet diadema, sed aliud insigne, nempe nomen blasphemiae, id est, blasphemos illos titulos, quibus Antichristus dominatum hunc suum jactat, dum se vocat, Caput Ecclesiae, Episcopum universalem, Dominum totius mundi. Sic ergo apparet, distinguendam esse bestiam Romano-monarchicam, quae ratione materiae, & quidem in synecdochicè, seu quoad certam partem, subdita est Antichristi

christi directæ potestati in temporalibus; Et bestiam
Antichristianam, formaliter sic dictam, quæ dicitur
rex octavus, Apoc. 17, 11. Et ex septem Regibus
Romano-monarchicæ bestię esse, Et præter directum
hunc dominatum, indirectam etiam sibi potestatem,
in omnes terræ incolas, suam religionem agnoscentes,
arrogat Et cum utroque dominatu in temporalibus,
directo Et indirecto, spiritualem monarchiam conjungit.

Quæ omnia, ut melius intelligantur, summam
collecta ad bestiam marinam cap. 13. Apoc. brevi
adhibita paraphrasi, accommodabimus.

Bestia marina eatenus est Romano-monarchica,
quatenus habet capita septem Et cornua decem,
atque ex tribus prioribus monarchiis regnoque existit.
Hujus caput unum in ea, qua illuderat parte,
nempe septimum, quod reliqua sex, ut præcedanea
includit, vulnus quasi lethale accepit, quia Roma
ablata fuit a terra Romana monarchia: Eatonus
autem est Antichristiana, quatenus est ex capitibus
septem, super quæ non habet diademata, sed nomen
blasphemie, c. 13, 1. quod accipit per ascensum e mari,
ibid. imò ex abyssu c. 17, 8. quatenus ipsius plaga lethalis
curatur, c. 13, 3. Et reviviscit, v. 14. nova regimini
formam superinducta. Hinc draco ei dat virtutem

H 2

suam



suam, & thronum suum, & potestatem magnam, c. 13, 2, ut bestia Antichristiana sibi in Ecclesia eandem arroget potestatem, quam bestia Romano-monarchica in temporalibus tenebat, ubi Roma sedem habebat, Vnde existit admiratio uniuersae terrae, de bestia, & ad eam appellatio, & subjectio eidem dedita, v. 4. ob potestatem agendi ^{αυτοκρατωρ}, quam dominatione spiritali, non sine blasphemia in Deum, & conuitiis aduersus Ecclesiam, & imprimis electos in ea, v. 6. & debellatione sanctorum, usurpat, v. 7. sed & in temporalibus indirecta potestas ei datur in omnes suae religioni addictos, v. 7. Decem cornua, id est, decem reges, quamdiu superstitionibus ipsius tenentur, vires & potestatem suam tradunt bestiae, tanquam iurati fiduciarij, c. 17, 13. & DEI permisso expediunt placita bestiae, & ad nutum eius se accommodant, donec verba DEI de revelando Antichristo compleantur, & ipsi reges etiam persequantur bestiam, v. 16. Quae autem sint haec cornua, commodius sequens disputatio, ^{αυτῶν} ^{Ἰησῶν}, docebit.

II. Secunda ratio aphorismi peti potest, ex gentili nomine bestiae. Cujus populi nomen gentile, in lingua graeca vel hebraica praecise includit numerum 666, illius ditio & sedes, suo tempore, occupabitur ab Antichristo. Sed populi Romani appellatio

latio & nomen gentile, in lingua graeca & hebraica, precise continet numerum 666. Ergo populi Romani ditio & sedes occupabitur ab Antichristo.

Major probatur ex Apocal. 13, 17, 18. Ab hoc enim nomine characterem sive religionis suae professionem denominabit coetus Antichristianus. 2. Nomen illud, quod character est Ecclesiae Antichristianae, est nomen hominis, etiam ante inditum characterem, seu est gentile. 3. Nominis illius litterae certum numerum, videlicet sexcenta sexaginta sex exprimunt, vel in lingua graeca, cuius idioma Apocalypsis est scripta; vel in hebraica, pro consuetudine Johannis, non tantum Hebraismis utentis, sed etiam Hebraicas voces subinde intermiscens, quales sunt Abaddon, Harmageddon, Gog, Magog.

Minor probatur, quia vernacula Italiae plebs hoc nomen habet gentile, ut dicatur populus Latinus, vel Romanus. Nam utraq; appellatio ei fuit usitata, & quidem postquam provinciae orientales etiam se Romanas, & Constantinopolin novam Romam vocarent, factum est, ut aut cum additamento Roma diceretur Vetus Roma, & incola, Veteris Romae populus, quemadmodum ex Socrate, Theodoro, Sozomeno, Evagrio, apparet, aut simplici-

ter Latinus appellaretur, teste Epiphani, in lib. de mensur. ἔπω ῥωμαῖοι καλεῖσθαι ἀνωθεν, ἀλλὰ λατῖνοι; non adhuc vocantur Romani, sed Latini. Vnde Zonaras, Nicetas, Gregoras, Chalcocondylas, Occidentales Ecclesias communi nomine vocarunt Latinas, & ex professo Constantiopolitana Synod. VIII. sub finem, Sedes Apostolica, ait, Ecclesia Latina est.

Deinde utraq, vox (Latinus & Romanus) hunc exprimit numerum, illa græcis, hæc latinis literis scripta. Ac illam quidem jam olim ad calculum revocavit Irenæus, & in ea prædictum invenit numerum, quamvis experientie confirmatione destitutus, in voce hæc non acquieverit, sed alias etiam excogitaverit. Λατῖν &, inquit, nomen sexcentorum sexaginta sex numerum habet, & valde verisimile est: quia verissimum hoc regnum habet nomen: Latini enim sunt, qui nunc regnant. Sed non in hoc nos gloriabimur. Nec est, quod Bellarminus oggerat, vocem Latinus, prout Romanam gentem significat, scribi non per ε, sed per jota, & sic numerum illum ex hac voce elici non posse.

Resp. Nam primo si non respondisset scriptura græcanica, non dixisset Irenæus, valde verisimile esse; præsertim cum scriptiois literarum se accuratam

ratam habuisse rationem, testetur in voce Τῆταιν,
scripta, inquit, prima syllaba per duas vocales
ε & ι. Deinde apud veteres Latinos solenne fuit,
ε & quidem, teste Quintiliano, diutius hic mos dura-
vit, ut I longum, quasi diphthongus ε esset, ε & de-
nō inclusum haberet, pronunciaretur, ε & simul
etiam inscriberetur: Sicut etiam in vetustis in-
scriptionibus habentur voces, preimus, capteivi,
teste Lipsio. Hec autem consuetudo apud Latinos
aliunde non fluxit, nisi ex graeca pronunciatione ε &
scriptione. In primis elegans exemplum est in voce
Νῆαιε, quae ε & ipsa per ε scripta est, ε & inde suppu-
tatio annorum facta. Numerus ergo vocis Νῆαιε
sic habet:

Α Α Τ Ἐ Ι Ν Ο Σ.
 30. 1. 300. 5. 10. 50. 70. 200.

Eundem numerum in literis hebraicis vocis Ro-
manus reperire licet, prout calculum subduxit Jo-
hannes Foxus Anglus:

ש ו נ ע מ ק
 300. 6. 50. 70. 40. 200.

Aliis placet ex fœminino, quod referunt vel ad be-
stiam, vel ad meretricem bestiae insidentem, nu-
merum elicere:

IV. Pro-

Quintilian.
l. 1. c. 7.

Lipsius de
veter. pro-
nunc. c. 8.

Peucer. in
Chronic.

Theſ. XXV.

IV. Proprius autem thronus Antichristi Ecclesiastici est Vrbs ROMA.

Rationes Apocalypſis ſuppeditat duas, 1. à dignitate Romæ: Vrbs illa magna, quæ tempore Jobannis habet regnum ſuper reges terræ, erit aliquando ſedes Antichriſti.

Vrbs Roma, tempore Jobannis fuit vrbs illa magna. &c. E.

Nam Roma Græcis ſcriptoribus dicitur βασιλεύσα & βασιλεύσα, regina & imperatrix: paſſim item apud Latinos autores, Varronem, Ciceronem, Horatium, Claudianum, Symmachum. &c. Roma dicitur vrbs magna, & καὶ ἐξοχὴ Vrbs: ut Lucanus etiã audeat dicere: Quid ſatis eſt, ſi Roma parum?

2. à τοπογραφία. Vrbs, quæ tempore Jobannis fuit ſeptimontana, illa futura eſt Antichriſti ſedes. Roma tempore Jobannis fuit ſeptimontana.

Virgil. 2.
Georg.

Ovid. 1. 1.
Trift. eleg. 4.

*Septem quæ una ſibi muro circumdedit arces,
imò quæ de ſeptem totum circumſpicit orbem
Montibus, imperij, Roma, Deumq; locus,*

Fuerunt

Fuerunt autem septem illi colles Capitolinus, Pa-
latinus, Quirinalis, Aventinus, Coelius, Viminalis,
Esquilinus. Vnde à Plutarcho dicitur ἐπὶ αὐτῶν,
& à Statio septemgemma Vrbs.

Nec ullius bili est, quod objicit Scioppius Aposta-
ta, Romam hodiè plures habere montes. Describit
enim Johannes futuram Antichristi sedem ab eo fi-
tu, qui sua etate erat, ubi collis hortulorum extra
antiquos muros, & trans Tiberim Janicularis, sive
Janiculum, & Vaticanus habitatus non fuit.

V. Et quidem Roma Chri- stiana.

Tergiversantur hic & varia diverticula qua-
runt Jesuitae, modò loci; cum ludibundi contendunt,
Hierosolymam fore sedem Antichristi: modò tem-
poris; quod Roma sit meretrix, regnantibus scili-
cet Imperatoribus; sed nunc non sit, multò minus
sedes Antichristi: aut saltem quod Roma iterum ad
Ethnicismum relapsa, ejecto Pontifice, sit futurus
Antichristi thronus.

Nos omiſſis his nugis, ex Pauli 2. Theſſ. 2. & Jo-
hannis Apoc. c. 17. textibus probamus; Romam
Ethnicam non esse: 1. quia Roma Ethnica non est
templum Dei, 2. Stante Roma Ethnica nondum

I

venit

Georgij Fa-
bricij Roma
p. 25. 33.

Theſ. XXVI.

venit caput septimum, multò minus Rex octavus,
3. Roma Ethnica, licet fœdissimâ idololatriâ sca-
teret, tamen populis subjectis fecit liberam religio-
num suarum auctoritatem, contenta, omnium populo-
rum Deos etiam Romæ haberi, solo Christo excepto,
ut ex Tertulliano refert Eusebius. Sed Roma illa,
in qua sedet Antichristus, est meretrix magna, &
vino scortationis potat omnes gentes. Ergo non
est Roma Ethnica.

Deinde quæ Roma ita est meretrix, ut ta-
men retineat adhuc tabulas matrimoniales, &
sit templum DEI, quæq; propter antegressam scor-
tationem cum Antichristo Rege octavo, iusto Dei
iudicio, per reges pios & fideles est exurenda, illa
est sedes Antichristi. Roma Christiana, ab-
lato τὸ νῆπιον seu rege septimo, est talis.
Ergo, &c.

Th. XXVII.

VI. Instrumentum monar-
chiæ Ecclesiastico-politicæ
Antichristi est bestia terre-
na, Apocal. 13, 11. quæ & Pseu-
dopro-

dopropheta dicitur, Apo-
cal. 19, 20.

Quemadmodum in Apocalypsi sæpe alias una res
diversis typis exprimitur, propter diversam $\alpha\epsilon\tau\omega\iota$:
ita quoque gemina bestia, marina & terrena, unum
& eundem Antichristum, diverso respectu con-
sideratum, denotat. Quemadmodum Rupertus
rectè observavit: nec diffitetur etiam Bellarmi-
nus. Nam bestia marina est Antichristus, ra-
tione monarchie Ecclesiastico-politice: bestia ter-
rena est, ratione fraudis & seductionis, ob quam
etiam Pseudopropheta appellatur, iisdemque attributis
describitur, c. 19, 20. Adscensus bestie est è terrâ, in
quâ cecidit à Dracone dejecta è cælo, c. 12, v. 3. habi-
tus sunt cornua agno similia, sermo autem est draco-
nicus, quod proprium est Pseudopropheta, Matth.
7, 15, 1. Timoth. 4, 1. Adiones quoque sunt com-
munes. Nam bestie & Pseudopropheta tribui-
tur 1. efficientia signorum, Apocal. 13, v. 13.
c. 19, 20. cum hominum. Adonia & applausu,
2. Thessal. 2, 12. ($\alpha\delta\omicron\upsilon\eta\sigma\alpha\upsilon\tau\epsilon\varsigma$) coram bestia, id est, in
gratiâ & honorè bestie, Apoc. 13, 12 2. seductio. 3. ob-
ligatio ad obedientiâ bestie marinae prestandâ, cuius

1 2

certum

1. 8. in Apoc.
1. 3. de Pont.
Rom. c. 15.

certum characterem insignit. Præter quas additur adhuc Apoc. 13. officium bestie terrene, 1. quod potestatem prioris bestie faciat, v. 12. hoc est, expediat jus & omne id, quod potest marina bestia, 2. Honor bestie priori declaratus, dum jubet incolas terra, ut τὸ θεῖον, hoc est, bestie marine faciant imaginem, v. 14. hoc est, tribuant augustum titulum capitis Ecclesie, & c. & conferant satrapias mundanas, 3. Animatio illius imaginis per edicta & leges, quæ sunt anima potestatis atq; dominatus; & deniq; piorum, characterem Antichristianum repudiantium excommunicatio, v. 15. Quæ omnia in ipsa applicatione, quam σὺν θεῷ disputatio sequens tractabit, copiosius deducuntur.

Ph. XXVIII

VII. Occasio hujus monarchiæ Ecclesiasticopoliticæ est Romæ Urbis dignitas secularis, & ablatio
τὸ νατεχον

I. Cum enim Vrbs Roma supra omnes conspicua, & totius orbis urbium regina ac caput, & ἡ πρώτη τῆς οὐρανόθεν haberetur, commodum fuit Satana, in
hoc

addi-
quod
ex-
stia,
inco-
niant
ulum
mun-
ta &
us; &
repu-
n ipsa
tra.

hoc potissimum loco mysterium iniquitatis excole-
re, ut ἀξίωμα hoc, quod Roma in gubernatione poli-
tica obtineret, idem etiam Antichristus quoquo mo-
do obtineret, & sub umbra praefectura, prerogati-
vam aliquam mereretur, utq; sic Ecclesiam Roma-
nam ἐπιτομὴ τῆς δεσπομοίας redderet. Hæc est vir-
tus, hic thronus, & hæc potestas bestiae Antichristia-
nae data à dracone, id est, tributa propter antiquam
Romæ, ab Imperatoribus Ethnicis ipsi conciliatam,
majestatem, & ut loquitur Chalcedonensis Syno-
dus, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην. Vnde subsequuta
est adoratio draconis, id est, Antichristo propter
hanc Romæ draconicæ seu veteris dignitatem con-
cessa τιμωρία & primæ sedis veneratio.

10-
li-
ni-
tio

icua,
πιτομή
e, in
hoc

II. De altera autem occasione loquitur Paulus
2. Thessal. 2, 6. 7. Jam mysterium iniquitatis in ope-
re est; tantum qui tenet, ἀρτι ἔως adhuc, vel nunc,
(ut Syrus reddit ἀκατέχων referens,) è medio fiat:
alii ἀρτι ἔως referunt ad sequentia, ἔως ἄρτι, ver-
tentes; donec, &c. & putant esse ellipsin verbi
κατέχειν, adhuc semel in futuro tempore repetendi:
tantum ὁ ἀκατέχων (κατέξει scilicet) usq; dum è medio
fiat. ὁ ἀκατέχων autem est nullus alius, quam Impe-
rator Romæ adhuc rerum potens; cujus in illâ im-
perium est τὸ κατέχων, quod Apoc. 17, 10. dicitur

septimum caput vel 7. Rex: & τὸ μὲν, quod ibi tri-
buitur septimo capiti, opponitur c. 13. Apo. v. 3.
quasi lethaliter vulnerari, & hic ἐκ μέσων γυνεσθαι,
è medio tolli.

1. 20. de C.
D. c. 19.

Quia verò κατέχειν significat, non tantum im-
pedire, detinere, sed etiam possidere, & rerum po-
tiri, 1. Cor. 11, 2. 1. Thessal. 5, 21. 1. Cor. 7, 30. ideo
Patres Imperatorem Romanum diversimodè putant
esse dictum τὸν κατέχοντα, & interpretantur, vel
eum qui imperat, ut Augustinus, vel τὸν κωλύοντα,
ut Chrysostomus, aut ἐμποδίζοντα, ut Oecumenius,
eum qui impedit, scilicet sessionem Antichristi, &
mysterium ex legis iniquitatis. Qui posteriores in-
terpretationis afferunt hanc rationem, quod Pau-
lus id, quod coram expressius Thessalonicensibus
dixerat, v. 5. in epistola σωεσθαι σμάρως, rectè eloqui, &
εὐκότως ἀνίτησθαι, meritò verborum uti involucris vo-
luerit, ne susciperet περιτὰς ἐχθρὰς καὶ ἀνοήτους κινδύνους,
inimicitias supervacaneas & pericula inutilia. Si
enim, (ut addunt Græca scholia) Romani audivis-
sent, imperium dissolutum iri, & Paulum afflixis-
sent, & omnes fideles, tanquam Imperij Romani
expectantes interitum.

Subdit autem Apostolus: Et tunc (cum è medio
fiet & Româ privabitur Imperator Romanus,) re-
velabitur,

velabitur, (apertè in suo dominatu conspicietur)
iniquus ille. Hic enim simul & occasio & termi-
nus notatur, quo vis Antichristi, commeatu Ro-
mani imperij, ut loquitur Tertullianus, retarda-
ta, in nervum prorumpet. Ideò Paulus nominat
καιρόν, 2. Thessal. 2, 6. quæ vox non significat tantum
quantitatem, ut χρόνος, sed & qualitatem temporis
ac commoditatem agendi, & respondet Hebræo
קריש significanti tempus statutum & quasi condi-
ctum, 2. Sam. 20, 5. & periodicum: & voci Chal-
daice קריש qua Ecclesiastæ 3. v. 1. cuilibet rei certò de-
finitum tempus enunciatur, & Dan. 7. v. 12. & 25. de
duratione monarchiarum & corniculi usurpatur,
ac Dan. 2. v. 21. ut & Dan. 7. v. 12 distinguitur à voce
קריש quemadmodum Actor. 1. v. 7. καιρός & χρόνος,
quarum hæc tempus simpliciter, illa articulum tem-
poris notat. Quapropter tempus illud Danielis
c. 12, 7. Johannes, non cum LXX. per χρόνον, sed per
καιρόν reddit: nec non Josephus, commendans non
tantum futurorum visionem, sed & constitutio-
nem articuli futurorum eventuum: καιρόν, inquit,
ἐπιπέσει, εἰς ὃν πάντα ἀποβήσεται.

II X. Licet verò Româ abla-
tum sit imperium Roma-
num

Apolog. 328

1. 10. ἀρχαίολ.
c. ult.

Theſ. XXIX.



num, manet tamen alibi, & manebit nulla vi humana excindendum, usque ad finem mundi.

Ideoq; illud merito dicitur Augustum & invictissimū, Diligenter autem hoc fundamentum adstruendum est, contra adversantium impetus opinionum, quarum aliqua imperium Romanum, non nisi Romæ ad huc reliquum esse dicunt, & occupari à Papa, qui nomine sit Pontifex: re ipsa verò Imperator Romanus: alij omnino sublatum esse volunt: alij deniq; durare quidem concedunt, non tamen ad finem usq; mundi duraturum.

Brigtman.
Apoc. p. 395

Prime classis è diametro repugnat Paulus, qui dicit, τὸ κατέχον ablatum iri, & Johannes Apoc. c. 17, fatetur, septimum seu ultimum regem, brevi tempore Romæ mansurum.

Sleid. in orat. ad Carol. V. & lib. 3 de monarch. p. 479

Ad II. Classem pertinent ij, qui Imperium nostrum disputant non esse Romanum, sed duntaxat Germanicum. In quam sententiam inclinare quibusdam videtur Sleidanus, dum ait: Nihil de Imperio Romano præter titulum & nomen esse reliquum. Sed ipsum comparative loqui, & summam

nam tantum Romani imperij attenuationem, non autem omni modam abolitionem, intelligere, patet ex sequentibus, ubi dicit: in hoc ipso Romano imperio finem habiturum hoc mundi curriculum, nec ullum praeterea futurum, sed abolitis omnibus mundi principatibus, venturum esse perpetuum illud regnum, cujus autor & dux erit Christus. Inter omnes autem iniquos Imperij aestimationes, antesignanus est Bodinus, qui & majestatem Caesarem deprimat, & sacra illa Electorum nomina & officia admodum proterve traducit: eiq; suffragatur Maldonatus Jesuita, & caecos insanosq; clamitat, qui Romanum Imperium superesse dicant.

Opponimus autem ipsi vaticinium Danielis, de quarti regni duratione, & petimus, tale regnum alibi, quam apud Germanicam Nationem, monstrari. Sic vero argumentamur: Aut nulla, aut aliqua natio habet adhuc imperij Romani aeternum. Prius dicinequit, ob praefinitam a Daniele periodum monarchiae quartae ad finem usq; mundi. Ergo aliqua. Illa vero erit, aut Turcica, aut Italica, aut Gallicana, aut Hispana, vel alia quaequam, aut Germanica. Sed nec Turcica habet, quia Turca tantum tria cornua

K

gnam

pag. 475.

Bodin. in
method.
histor. c. 7.

Mald. in
c. 1. Dan.

gnam partem jurisdictioni Papali subjecta est: quoad reliquos autem principatus, Italia, Gallia, Hispania, aliaq; regna sunt singula cornua ab Imperio avulsa, & peculiare jus majestatis obtinent.

Quod verò penes Germanicam nationem, & non penes alias, sit ultima monarchie imperium, ulterius confirmamus ex definitione Monarchie sacrae. Illa enim est imperium in mūdo summum, à Daniele prænunciatum, quod DEUS in primis autoritate instruxit, & dignitate ornavit, ut præ cæteris respiciatur, & Ecclesie hospitium præbeat. Cujus definitionis membra ex Danielis, de prima monarchia c. 2, 37. & c. 4, 19. de secunda c. 8, 4. de tertia c. 2, 39. & c. 8, 5. de quarta c. 2, 40. & Lucæ 2, 1. verbis atq; attributis ibidem positis rectè eruit Theodoretus, in-
quiens: Per hæc metalla, maxima latissimeq; patientia regna declarat (Daniel) quæ cum sibi deinceps successissent, maximam orbis terrarum partem obtinuerunt. Alia enim regna viguisse, & in presenti vigere perspicuum est: non tamen omnibus aut pluribus, sed uni, aut duabus saltem nationibus imperantia licet videre. Geminum huic est Orosii judicium: Si regna diversa à DEO sunt: quanto æquius regnum aliquod maximum, cui reliquorum regnorum potestas universa subjicitur: quale à principio fuit Babylonicum. Jam

ibid.
ibid.
ibid.

ibid.
ibid.

Theodoret.
in c. 2.
Dan.

Orosius
lib. 2. c. 1.
historiar.
adversus
paganos.

Jam dispiciamus, an ullum regnum sit, cui magis competat hac Monarchia sacra Natura, quam sacro Romano Imperio Germanicæ Nationis. Licet enim illud gradibus potentia, & amplitudinis spatiis multum differat à veteri Romanorum Imperio: tamen essentia Monarchica adhuc superstes est.

Apparet hoc 1. ex eminentia Imperatoris nostri, quem omnes Christiani Reges agnoscunt se superiorem, ut meritò ille dicatur, Christiani orbis caput, & ut Comitiorum decretum anno 1530. habet, das Oberhaupt / vnd ein oberster Voigt der Christenheit. Quinimò Christiani nominis hostis Turca hanc eminentiam Imperatori non invidet, dum non tantum legatis ejus primum omnium locum, & quidem sedendo perorandi copiam, aliis denegatam, concedit, sed literis etiam hunc titulum tribuit: In fide Jesu Nazareni inter Christianos principes Christianorum summo.

2. Ex potentia. Quamvis enim valdè attenuatum sit Imperium: tamē quia planta pedis est ferrea, juxta Danielem, firmamentum ejus oportet ut maneat, neq; prorsus confringi poterit: Licet enim, ut Sleidani verbis utamur, multi, ut Papa & Turcæ, sæpe conati sint evertere hanc Imperii possessionem, & magna etiam perfecerint, ac majora sibi

K 2

fortasse

Leunclav.
in sup-
plem.
Annal.
Osman.

Sleid. lib. 3.
de Monar.
p. 482.



Bodina, lib.
1. de Repb.
c. 9. p. 227.
† Trithe-
mius c. 17.
* Ex Aven-
tino Sleid.
lib. 3. Mo-
narch.
† Cromer.
lib. 3. hist.
Polon.

Lutherus
in Collo-
quiis men-
salib. c. 38.
Gunth.
Ligur. lib.
6.

fortasse polliceantur: tamē non conflabunt ejus-
modi molem, quæ cum Romana potentia con-
ferri possit, nec seminarium imperij, quod reli-
quum est, licet aridum & flaccidum, evertent.
Sed reliquæ, nomen atq; dignitas durabunt,
donec Christus adventu suo rebus humanis fi-
nem imponet. *Porrò & hæc est prerogativa poten-
tiæ non minima, quâ reges alios superat, dum aliis
majestatem non habentibus, regiam dignitatem con-
ferre potest. Quemadmodū † Fridericus I. Petrum
Ducē Dania: * Fridericus Barbarossa Ducē Bohemiæ:
† Otto III. Boleslaū Ducem Polonia in regē creavit.*

Nec minus Imperii autoritatem auget Se-
ptemvirū illius dignitas, quorum tanta est sub-
limitas, ut regie quoq; eminentiæ gradum attingāt,
& propterea reges, non subjectionis, sed equalita-
tis indice formula compellent: *Caritas vestra, Ewer
Liebe/ vnd nicht Ewer Gnaden. Quare Imperium
Germanicæ nationis est Monarchia sacra, ut verè
cecinerit Poëta: — Nullum caput ista super se
Adspicit, excepto cœlorum rege, potestas.*

*Quod verò sit Romana Monarchia, jam evoci-
mus. Romana enim debet esse ultima ad finem usq;
mundi. Monstrant item Comitia, in quibus ve-
teris Imperii majestas relucet: docet insigne Romani
Impe-*

Imperii aquila, & comprobatur transactio Nicepho-
riac Caroli Magni, quâ ita restitutum est occiden-
tale imperium, ut illud solum diceretur Romanum,
orientale autem, non Romanum, sed Græcorum re-
gnum, vocaretur.

Contrariae Bodini rationes partim sunt apa-
tetica, quibus textus Danielis pervertit; partim
aliena atq; ex principiis Politicis allata, quibus con-
fundit Monarchiam sacram, & Monarchiam poli-
ticorum; partim deniq; Logica, quæ *ὑποτυπῶναι φύσιν*,
ut Galenus nominat, hallucinatrices naturas fortè
movere queant, eum autem, qui fundamentis Da-
nielis innititur, non perculserint.

Quantilla enim hæc sunt à loco, debilitatione, &
comparatione Imperii cum aliis regnis, petita argu-
menta? Nam i. Resp. non est in parietibus, sed ubi-
cunq; majestas est & politia, quemadmodum olim
Vejis fuit Roma, auspiciis Camilli. Alioquin in
Constantino Magno, qui extra Italiam Constantino-
poli sedem habuit, Imperium defuisset. Deinde non se-
quitur: Imperium Romanum debilitatum est, &
partes quasdam integrales amisit. Ergò non est am-
plius imperium Romanum. Potest enim res mutila-
ta quoq; suam retinere essentiam, & in eâ parte, quæ
restat, perdurare imperium. Ita Romana Monar-

Ptolomæ.
lib. 3. c. 8.

chia non fuit, quamdiu Ægyptus, ultima Græca Monarchia pars, majestatem retinuit: ita & deficientibus decem tribubus Israelis, nihilominus sceptrum Judaicum mansit. Debilitationem verò Monarchia quartæ ipse Daniel prædixit, digitos in pedibus bestia quartæ ostendens partim ex ferro, partim ex luto, ne quis infirmitate luti permotus, de hujus vaticinij veritate dubitaret.

Bodin. lib.
1. de Rep.
c. 9. p. 199.

Unde tertiæ quoque rationis, à comparatis petitæ imbecillitas apparet; Quamvis enim Romanorum Respublica jam ante debellatam Ægyptum esset amplior & potentior, nondum tamen fuit quarta Monarchia. Quid? quod ea regna, quæ Bodinus comparat cum Germanicæ nationis imperio, vel ad illud ipsum imperium aliquam sui parte pertineant, quemadmodum Sabaudus in sua provincia, & Hispanus in universa Insubria & Hetruria, aliique in Lombardici imperii certis territoriis se peculiare Romani imperij vicarios esse fatentur, & hoc ipso se ejusdem subditos esse concedunt: vel tametsi regionum longitudine exæquare, aut etiam superare videantur Germaniam, longè tamen distitas regiones difficulter possident, ut Hispani: vel denique terras solitudinibus vastas & magnam partem incultas, vel excursionibus magis; quam constitutione certi imperii dilatatas, & cum

Et cum Germaniâ nostrâ nequaquam comparandas,
obtinent, ut Arabes & Tartari. Neq; ea sunt angu-
stie imperij bodierni, ut nullam veteris Romani Im-
perij partem, præter Noricam & Vindeliciam, occu-
pet, quemadmodû vult Bodinus. Habet enim gentes
Septentrioni objectas, nec in regno Lombardico, quod
ante hac altera imperij pars fuit, à Teutonico impe-
rio distincta, renunciavit juribus suis & dominiis,
ut Gallie Veteris partes, & Belgicas provincias,
quæ ab imperio recognoscuntur, taceamus. Nequa-
quam ergo in Ecclesia hac procacitas atq; impietas
in sacrum imperium est toleranda, Christiano indi-
gna, qui, quemadmodum rectè Tertullianus ait,
salvum vult totum imperium Romanum, quo-
usq; seculum stabit, tam diu enim stabit.

Tertiam deniq; opinionem asserit Bellarminus,
qui concedit quidem, imperium Romanum adhuc du-
rare, & esse penes Germanicam nationem, sed tamen
ante finem mundi totalem ejus everisionem secutu-
ram, ut ne vestigium ullum quidem sit reliquum, &
hoc signum fore Antichristi, statuit.

Verùm reclamant Dan. c. 2, 34. 45. & c. 7, 13, 26.
ubi monarchie quartæ & corniculi interitum cum
mundi fine conjungit. Quamvis & hoc concedamus,
illa dicta etiam primum Christi adventum inclu-
dere.

Tertullian.
lib. ad Sca-
pulam.



dere, Ideoq; illi Interpretes, qui tantum ad Christi in carnē adventum accommodant, & iudicium, contritioni regnorum connexum, de particulari iudicio, quod in hostes Ecclesie Christus exercet, & fatali everfione imperiorum exponunt, eò quod in ultimo adventu Christus non demum veniat ad Patrem, & accipiat dominatum in omnes, aut habiturus sit hostes regnum suum oppugnantes: partem duntaxat Vaticanij hujus respiciunt, & conjungunt distincta membra. Nam & persona Regis Christi, & status ejus geminus, & ἀποτέλεσματα designantur; id quod magis apparere potest ex parallelâ collatione.

CAPUT II. v. 34.

1. Rex est Christus, qui dicitur lapis, propter virtutem atq; durationem æternam, cui innititur regni sui structura.

II. Sequitur ejus *nativitas* secundum humanam naturam: Qui non (est) in manibus (factus) id est, sine virili operâ natus; unde Christi corpus dicitur templum ἀ χειροποίητον, Marc. 14, 58. & σκηνή ἐ χειροποίητος, Hebr. 9, 11. tabernaculum non manibus factū. & quemadmodum ex Esai. 51, 1. excindi ex cavernâ, esse, gigni à patre. Atq; huic quidem sensui responderi posset phrasis, quâ dicitur, quasi filius hominis, c. 7. ut significetur similitudo, non accidentaria & assumpticia ad tempus, qualis fuit similitudo in pauperie, in somno, cibo capiendo, & aliis rebus ad exinanitionis statum pertinentibus; sed essentialis & ὁμοσταία, quemadmodum Hebr. 2, 14. Christus dicitur carnis & sanguinis puerorum factus particeps, παρρησιως, consimiliter, &c.

CAP. VII.

Hinc c. 7, 13, Filius hominis.

Ad hoc membrum referunt Patres & sequentia verba, de excisione, quam de generatione, & monte de regno Judaico accipiunt, ut excisus ex monte, sit genitus ex stirpe regia Judæorum, quemadmodum ex Esai. 51, 1. Augustinus & Theodoretus ostendunt. Augustinus & Theodoretus ostendunt. Ad hoc membrum referunt Patres & sequentia verba, de excisione, quam de generatione, & monte de regno Judaico accipiunt, ut excisus ex monte, sit genitus ex stirpe regia Judæorum, quemadmodum ex Esai. 51, 1. Augustinus & Theodoretus ostendunt. Augustinus & Theodoretus ostendunt. Ad hoc membrum referunt Patres & sequentia verba, de excisione, quam de generatione, & monte de regno Judaico accipiunt, ut excisus ex monte, sit genitus ex stirpe regia Judæorum, quemadmodum ex Esai. 51, 1. Augustinus & Theodoretus ostendunt. Augustinus & Theodoretus ostendunt.

& Apoc. 1, 13. c. 4, 15. similis filio hominis. Veruntamen non est radix eadem
Esaï. 51. quæ hoc loco, & abscissionem opponi exaltationi, luculentè declarat
dictum Christi Job. 3, 13. quod quasi est commentarius verborum horum.

III. Status exinanitionis. Est abscissus c. 7, 13. Quasi filius hominis, id est, ut
de monte, v. 45. Mons enim phrasi scri- Paulus loquitur, Philip. 2, 7. in simili-
pturæ, significat potentiam & sublimi- tudine hominum factus, quæ similitu-
tatem, regnum atq; imperium; sicut do nihil aliud est, quàm forma servi &
Jerem. 51, 25. Babylon licet in loco κένωσις, exinanitio.
plano sita, vocatur mons, quem Deus
velit devolvere de petris. Cum ergo esset in monte & excelitate majestatis
divinæ Christus, quam ratione humanæ naturæ, in ipsa unione acceperat, non
tamen illam statim usurpavit, sed descendit de cælo, Job. 3, 13. & abscissus est
de monte. Abscisio autem ista, quæ Christo secundum humanam naturam tri-
buitur, includit duos quasi terminos, à quo, & ad quem. A quo terminus, est mons
majestatis divinæ. Quia enim illum in statu exinanitionis pleno usu non exe-
ruit Christus, ideo hoc loco dicitur abscissus à monte, quemadmodum penè
simili metaphora Paulus tribuit Christo κένωσιν, exinanitionem formæ DEI,
philipp. 2, 7. Psalmus 8, 8. ἐλάττωσιν & defectum DEI: Psal. 22, 1. desertionem
DEI vocat. Hinc derivata est mellitissima Theodoretii vox, à Chrysostomo mu-
tuata: ἡ θεότης νῦν μὲν σάρκα ἐρήμην καὶ γυνήν ἀφίησι ταῖς οἰκείαις
ἐνεργείαις, Divinitas Verbi assumptam humanam naturam tempore exinanitionis
aliquando desolatam & nudam divinâ operatione reliquit, ut ostensione infirmita-
tis comprobaret, &c.

Terminus ad quem abscissionis, est passio cruciatuum profundissimorum;
quemadmodum vox hæc, de impiorum tormentis in inferno usurpatur, Psal.
88, 6. Quorum non recordaris amplius, quia ipsi de manu tuâ abscissi sunt.
LXX. verterunt ἀπώθισαν. Hinc Christus ipse eadem voce, passionem suam
eloquitur Psal. 31, 22. Ego dixeram in consternatione meâ; abscissus sum. LXX.
ἀπὲρρῦμαι, à conspectu oculorum tuorum. Idem deniq; vocabulum Esaias
de morte Christi usurpat, c. 53, 8. Abscissus est, LXX. ἀίρεται è terra viven-
tium. Atq; hoc ipsum olim denotavit terra illa ἡ τῆς ἀποκομιπῆς separationis sive soli-
tudinis, in quam hircus ἀποκομιπῆς super se ferebat omnes iniquitates,
Levit. 16, 22.

IV. Memoratur exaltatio, v. 35. La- Ibid. 1. Ecce filio hominis similis ve-
pis factus est mons magnus, id est, excel- niebat in nubibus cæli, id est, adscende-
fior cælis factus, Hebr. 7, 26. ὑπὲρ bat à nube susceptus, & προεβόμει
ἀνω πάσης ἀρχῆς, longè supra o- νος, proficiscens in cælum, Actar. 1, 11.
mne imperium, potestatem, poten- vadens ad patrem, Job. 13, 1. 2. c. 20, 17.
L tiam

Theod.
Dialog. 3.

tiam & dominium, & omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc, sed etiam futuro seculo, *Ephes. 1, 21.* altissimus præ regibus terræ, *Psal. 89, 28.* omnia pedibus subjecta suis habens, *Psal. 8, 8.* implevit totam terram præsentia dominioq; suo, *Jerem. 2, 24.* *Psal. 110, 2.* *Esai. 11, 9.* *Ephes. 4, 10.* Hoc scilicet est regnum, quod Daniel postea, in interpretatione somnii prænunciat, à Deo cœli suscitatum iri, & hujus possessionis initium adjicit: *In diebus regnorum illorum*, id est, dum regnum Romanum, cæteras monarchias præsupponens, durabit, quod sub *Augusto* factum esse, *Lucas, c. 2.* testatur. Regnum, inquam, quod in secula non destruetur: & *v. 44.* stabit in secula.

V. Deniq; δποτε λέσμεται hujus Regis etiam subjiciuntur: *Contritio & consumptio omnium monarchiarum in Romanâ*, quia hæc Macedonicam, Macedonica Persicam, Persica Babylonicam comminuit: ideo *v. 45.* dixit: Lapidem comminuere ferrum, æs, lutum, argentum & aurum.

2. v. 44. Et regnum ipsum populo alieno non relinquetur, nimirum quia à sanctis possidebitur.

divisim hæc esse accipienda, & quidem priora membra rectè adventui Christi in carnem tribui; posteriora autem ad secundum adventum pertinere; cujus propria

I. Venit usq; ad antiquum dierum, id est, non in thronum aliquem inferiore, sed in medium thronum DEI, *Apoc. 5, 6.* superexaltatus est, & sedens ad dexterâ throni majestatis, *Hebr. 8, 1.* in conspectu ejus se stitit, præsentando suum meritum, & intercedendo pro genere humano.

III. Ibi pater dedit ei potestatem, & honorem & regnum: & omnes populi, tribus & linguæ ipsi servient, potestas ejus potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum ejus, quod non corrumpetur. *v. 14.*

C. 7, 11. vocatur *i. conciso* bestia, & perditio corporis ejus, & traditio in ignis incendium, id est, totalis abolitio, cum tota hæc mundi machina igne conflagrabit.

Postea *v. 26.* etiam corniculi profligatio & perditio finalis additur.

III. Judicium, quod antiquus dierum, id est, æternus Pater, in Filio exercet, *Actor. 17, 31. 2. Cor. 5, 10.* cui dedit judicium, eò quod Filius hominis est, *Joh. 5, 27.* inq; illo judicio assessores & suffragatores habet sanctos *v. 22. 27.* *Matth. 19, 28.* Ubi itidem fit thronorum mentio, qui *vers. 9. c. 7. Daniel.* descriptioni judicii extremi inferuntur, hoc est, dignitatis & gloriæ, in quâ sancti sunt apparituri, *Matth. 25, 31. 1. Cor. 6, 2. 3.*

III. Assumptio sanctorum in cohereditatem regni æterni, v. 27. Ita apparet, priora membra rectè adventui Christi in carnem tribui; posteriora autem ad secundum adventum pertinere; cujus propria

propria sunt, perditio hujus mundi per ignem, abolitio omnis status mundani, judicium universale, & piorum in regnum æternum introductio.

Egregiè hoc de lapide abscisso *Theodoretus* illustrat: Si Domini pristinus ortus Romanorum haud evertit imperium, relinquetur sanè, ut secundum illius intelligamus adventum. Nam lapis, qui prius excisus est sine manibus, quiq; evasit in montem magnum, & orbem terrarum cooperuit, hic in secundo adventu percutiet imaginem per pedes fictiles, hoc est, in ipso fine ferrei regni, quod jam factum fuerit imbecille, adveniet, & omnia regna demoliturus cadam tradet oblivioni, sempiternumq; suum regnum dignis communicabit.

Veruntamen hæc principia in ipsâ applicatione, quam sequens disputatio tractabit, clariora erunt.

Nunc pedem figimus, & miseram Ecclesiæ Christi faciem contuentes, imo pectore ingemiscimus, ex Psal. 102, 14. Ecce Domine, surge & miserere Sionis, quia tempus requirit, ut sis ei propitius: jam enim revoluta est periodus. AMEN.



F I N I S.



Lipsiæ,

Impensis Hæredum Thomæ Schüreri.

∞ 17. C. XIX.



Σφάλματα.

L It. A. 2. a. lin. penult. pro Jerem. c. 23, 11. lege, c. 28, 9. A. 3. a. lin. 3. pro aërem, l. Euphratem. B. 3. b. lin. 18. dele, more. B. 4. a. lin. 1. pro c. 6, 11. l. 8, 14. B. 4. b. lin. 16. pro aq. l. eaq. C. 3. b. lin. 11. l. Antichristorum. D. 3. b. lin. 6. l. $\aleph\aleph$. ibid. lin. 10. l. cornua. D. 4. a. lin. 3. l. Ægyptus. E. 1. a. lin. 23. l. significationis ergo. E. 2. a. lin. 8. l. $\aleph\aleph$. E. 2. b. lin. 24. pro Magnum, l. Epiphanem. E. 3. a. lin. penult. l. de Antichristo cujus typum gerit Antiochus, pro de Antiocho, &c. F. 1. a. lin. 17. pro Gal. 6, 16. l. Gal. 4, 28. F. 3. a. lin. 3. l. Apoc. 17, 5. quo meretrici tribuitur mysterium, scil. iniquitatis, hoc est, non tantum, &c. & dele, tribuitur ipsi: ibid. l. 9. & 13. l. unâ voce: $\aleph\aleph$ ibid. l. 18. l. Ecclesiastico-politica. F. 4. a. l. 18. l. $\sigma\sigma\epsilon\beta\alpha\sigma\mu\epsilon\nu\omicron\iota$. G. 2. b. lin. ult. l. manserunt: unde. G. 3. a. lin. 5. l. epitomen. ibid. lin. 20. l. affectum iri regem. G. 4. a. lin. 27. l. caudam. G. 4. b. lin. 4. heretici. H. 3. b. lin. 6. l. Constantinopolitana. I. 1. a. l. 17. l. Imperatoribus Ethnicis. I. 4. a. lin. 22. $\aleph\aleph$, l. $\omega\omega$. K. 3. a. lin. 10. l. $\delta\pi\omicron\tau\epsilon\upsilon\kappa\lambda\eta\alpha\varsigma$.

De est tertia disputatio cuius initium
fit in $\aleph\aleph$. H. 2. b.



Th 2151





ULB Halle 3
004 357 221


A
Sc

VD 77







De
APOSTASIA
ROMANO-PAPISTI-
CÆ ECCLESIAE
DISPUTATIO II.

Continens

περὶ ἁρτίων & principia demonstrandæ con-
clusionis hujus:

Romano-Papisticam Ecclesiam esse Anti-
Christianam.

Ad diem 3. Septembr.

Proposita.

Ab

Heinrico Höpffnero SS. Th.
D. & Profess Publico.

RESPONDENTE

M. Hieronymo Reckleben Lips.

Lipsiæ,

Excudebat FRIDERICUS LANCKISCH.

67

